UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lexicon Plavtinvm

Pareus, Johann Philipp

Hanoviae, 1634

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5032

Visual Library

1405.

Jahnsen
Nov. 1925

LEXICON PLAVTINVM.

IN QVO VELVT THESAVRO ANTIQVÆ LINGVÆ ROMANÆ ELEGANTIÆ, QVOTQVOT EXSTANT IN LATINORVM COMICORUM Principe M. ACCIO PLAVTO Sarsinate, accuratim eruuntur, & explicantur.

INDVSTRIA SVBSECIVA

PHILIPPI PAREI.

EDITIO SECVNDA

emendatior & auctior.



HANOVIÆ,
Impensis ESTHERÆ ROSÆ
Excudebat David Aubrius.

∞ IOC XXXIV.

CONRADI SCHOPPI

In Antiquissimâ Academiâ Heidelbergensi Eloquentiæ Professoris, Philosophi, ac Poëtæ clarissimi

In

LEXICON PLAVTINVM

Ad Lectorem

EPIGRAMMA.

NIL legisse juvat permulta, nisi arbiter VSVS
Obtineat solidum jure magisterium:
Quo sine cunctus abit labor exanclatus inanis,
Perditur atque oleum turpiter, atque opera.
Hoc duce disce libro, PLAVTI quis plurimus vsus;
Quâque revolvendus quilibet arte liber.
Ac meritas celebri grates persolve PAREO,
Ingenio cujus PLOTIA Pallas ovat.

W 04
ZZWX 9797 (2)

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

84. 25 207

PRÆNOBILI ET GENEROSO IUVENI

D. PHILIPPO-HENRICO A GOLDSTEIN:

Hæreditario Domino in Megersheim, &c. Equiti Marchico:

ILLVSTRIS ET STRENVI HEROIS

D. IOH. WILHELMI A GOLDSTEIN,

Domini in Dauffenroth, &c. Sereniss. Svveciæ ac Boh. Reg. Exercitus Ductoris Fortiss.mi

FILIO,

PHILIPPVS PAREVS

S. D.

QVOTIESCVMQVE incomparabilis Herois Patris tui virtutes, quâ togâ quâ sago mirificè celebratas, paulò attentius mecum considero, in admirationem summam profectò abripi soleo, tam luculenta illarum semina hæreditario veluti jure tibi relicta esse. Emicuit in parente tuo, dum viveret, incredibilis PIETAS, & veræ atq; antiquæ Religionis amor sanctissimus, coniunctus scilicet cum odio pravi cultûs divini, quippè quo plurimos ad sonticum sui interitū indies corripi providè ac piè animadvertit. Huic tamquam basi innite-

batur FORTITVDO prorsus Herculea, quam tot expeditionibus militaribus feliciter peractis tam evidenter exseruit, vt eapropter TROPHÆVM Æternæ Memoriæ illi ab Rege, ab Principe non vno erectum fuisse, tibi gratulari meritò debeas. Ad præclara hæc illius encomia accessit rara illa laus, quòd rectæ virtutis atque nobilitatis apicem, *tudia* inquam *Litterarum*, atq; hisdem addictos viros litteratos, tanti æstimarit semper, vt nihil habuerit prius, nihil antiquius, quàm vt te filium à puero in iis probè instituendum traderet, nec ante ad castra Martis transire voluerit, quàm Palladis artibus mens tua juvenilis penitus esset imbuta. Absque his etenim omnem laudem bellicam omnimodis frigere, ac pænè nullam esse, sagaci vidit ingenio: commodùm admonitus memorabili Romanorum illius Regis sententiâ, qui (teste Sarisber. Policrat. lib. 4. cap. 6.) Francorum Regem hortari solitus fuit, hoc addito scito: quòd *Rex illiteratus sit quasi asinus coronatus.* Enimverò aliter ille ingeniatus fuit, quàm Gothicus Rex Theodericus, qui cùm esset homo ἀναλφάβητος, & tam rudi atq; obruto sensu, vt toto decennio regni sui ne quidem quatuor litteras subscriptionis Edicti sui addiscere potuerit, jussit laminam auream interrasilem fieri, quatuor litteras Regis habentem: quâ positâ super chartam, si subscribere voluisset, per eam pennam duxit, atque litteras illas pinxit. Longè item politiori animo præditus fuit, quàm vulgaris ille Nobilium ordo, qui Nobilitatem vel avorum suorum ceris & imaginibus, vel studiis quibusdam, suo sibi jure quodammodò mancipatis, certandi videlicet grandioribus Jacchi culullis, aut venationes sectandi, insolentius venditare

ditare consuevit. *Iniuriam facit corporis nobilitati*, ait Basilius Imperator in paræneſi ad fil. cap. 58. *qui animi nobilitatem negligit. Equi nobilitas eſt, vt ferox ſit, atq; interritus: canis, vt latrator acer in perſequendis feris: hominis verò nobilitas eſt, vt animum habeat omni genere virtutum exornatum.* Et Satyricus Poeta Juven. Sat. 8. verſ. 30.

-----Quis generoſum dixerit hunc, quis
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Inſignis?

Antigonus Rex apud Plutarch. de vitioſo pudore pag. 534. adoleſcenti cuidam egregij Centurionis filio, cæteroquin timido ac molli, cùm is ornari atque produci ad honores poſtularet: *Apud me*, inquit, ô *Adoleſcens, propriæ, non patriæ virtutis ſunt præmia.*

Eandem tibi, PHILIPPE-HENRICE, oppidò inſediſſe animi mentem, non vno mihi oſtendiſti argumento. Etſi enim patriæ virtutis præmia generoſam tuam familiam plurimum quantum illuſtrant: tamen entheo quodam œſtro inflammatus propriâ demùm virtute decus tuum tibi vendicare vnicè gloriæ ducis. Hanc cùm duobus potiſſimùm cernas parari poſſe adjumentis; & iis, quæ à Sapientiæ diſciplinis petuntur, & illis juxtà, quæ te ſtrenuum in bello concinnant militem: vtrumque ita tibi amplexandum propoſuiſti, vt antè ad arma deſcendere non decreveris, quàm animum ſalutaribus omnigenæ virtutis ornamentis pulchrè condecoraveris. Hinc eſt, quod animus tibi totus ardet in lectione veterum hiſtoriarum, & cognitione inprimis linguæ Latinæ, in quâ res fortiter geſtas magnorum Ducum vides eſſe deſcriptas, quas in exemplum

tuum traducere, ingenti aves desiderio. In manibus namque tibi crebrò versantur, præter historicorum principes, Livium dico & Tacitum, duo cummaximè antiqui Comici, PLAVTVS, & TERENTIVS, qui soli ex tot aliis Romanis Dramaticis Poëtis injuriâ temporum reliqui nobis facti sunt. Quo tuo studio certè incredibili affectus sum gaudio: adeò quidem, vt non dubitarim novæ huic LEXICI PLAVTINI Editioni, quæ olim juvenilibus meis annis in gratiam Juventutis, humaniorum litterarum studiosæ, à me fuit adornata, nunc verò innumeris modis & auctior & emendatior iterùm in lucem prodit, præclustre nomen tuum præscribere, eâ scilicet fini, vt illud tibi in assiduâ SARSINATIS Pistoris lectione, sicubi fortean hæreas, Ariadnæ fili vicem præstare queat. Sæpè tu quidem anxiè optare soles, vt facetissimi illius Comici Fabulæ, prout tertiatâ curâ à nobis anquisitè & correctas & illustratas in scriniis nostris perlustrasti, abs te legi possint. Et ego quidem certè aliquot jam lustris nihil magis in votis habui, quàm vt DECIMA hæc MVSA à tot & tot Vitiis ærumnabili solertiâ ab exitiali fato vindicata, tandem Vmbricæ suæ integritati, hoc est, Plautino vigori planitùs restitueretur. Redivivam hanc sortem, exanclatis vndique molestiis, tamque multiplici adhibitâ limâ, politissimo Comicorum nostrâ virtute atque operâ omnibus propitiis Musis nunc tandem obtigisse, etsi verecundia me prohibet ambitiosius deprædicare: tamen PRÆFISCINE ausim id omnibus in hac Accianâ Caveâ Conquisitoribus pollicери, favitores clarum dehinc daturos plausum. Interea ne tibi mora ista aliquantilla dividiam aliquam con-

conciat, rogo. Exorietur propediem Comici Theatri Fax illa, quæ tibi linguam juxtà atque animum radiis suis ita colluſtrabit, vt vtrinque Nobilitatis tuæ ſplendor multò exinde ſit futurus admirabilior. Tu modò macte iſtâ tuâ indole; & Palladiis dotibus Goldſteinianæ proſapiæ novum exſurge Jubar. Atque id quidem tu pancraticè nunc minitaris: ad omnia nempe ſumma jam te abiturum, quando ad Batavica caſtra Minervæ pariter ac Bellonæ pleno paſſu properas. Generoſum hoc tuum inſtitutum auſpicatò vt ſuccedat, bonæ ſcævæ igitur εὐοδίῳ tali proſequi lubet.

FAVETE, ô *Turba Numinum Vialium*!
Adeſt ſititor Hippocrenes, & feri
Martis ſatelles. Ferte opem: deducite
Valente corde, non minus, quàm corpore,
Ad Tempe amœna bellicoſæ HOLLANDIÆ,
Quis LEYDA *Ocellus Vrbium extollit caput.*
Illic merebit inclutæ propaginis
GOLDSTEINIANÆ *Flos, Novenſilum decus,*
Illic togatæ ſertа prenſat Palladis.
Illic ſagatæ ſertа prenſat Palladis.
Hæc namq; fumum cenſet abſque illis merum.
Meros Cyclopas credit orbos Cynthio.
Illitteratos HECTORAS *nullo putat*
Dignos Triumpho. Vtrâq; LAVREA *dehinc*
Cinctus perenne nomen inſeret polo.

Scribebam Neapoli ad Moganum.
Anno Chriſti ∞ IↃ C XXXIV.
a. d. IV. Kal. April.

PHILIPPVS PAREVS LINGVÆ
ROMANÆ CANDIDATVS
S.

MAGNA haud dubiè præterit juxtà & præsentis sæculi felicitas illa judicanda est: quâ non solùm cælestis VERITATIS, æternæq; BEATITVDINIS ratio plus simplicè annorum chiliade Cimmeriis quasi falsitatum tenebris spissè obscurata, rursùm DEI voluntate primigenium suum lumen est adepta: verùm etiam Disciplinæ illæ, quæ variâ LINGVARVM cognitione vniversum ambitum divinarum humanarumque rerum mirificè colluſtrant, suis virtutibus ita denuò enitescere cæperunt, vt metus pænè nullus videri amplius queat, novâ barbarie instauratam illam, quam dico, felicitatem, à suâ sede vmquam deinceps dimovendam: nisi fors novo exemplo supremi Numinis vindictę hominum oscitantiam an contemtionem castigare placitum fuerit. Inter adoranda alia DEI dona meritò suspicimus vel vnicæ linguæ ROMANÆ præ cunctis cæteris admirandam sortem: quippe quæ ita latè pervasit omnes Orbis terrarum angulos, vt nunc jure quodam suo OECVMENICA dici mereatur. Peculium illa fuit olim solius LATII, & quasi intra Vrbis ROMÆ potentiam sola concluſa: posteà verò tam longè pervagata est, vt nulla totius Mundi exstet habitatio, in quâ illius non reperias jugem cultum: si vel ad Barbaros ipsos lubeat commigrare, qui Latinè nunc te salutare poterunt. Quis igitur non vltrò omni laude efferat studium eorum, qui tantâ curâ, tantâque diligentiâ veluti certatim in eo semper elaborarunt, vt communi populorum omnium suffragio familiaris hæc lingua Romana, ab omnibus quàm purissima, & nitidissima quâ ore quâ scriptis exprimeretur? Novimus vtique factitatum id quondam ab ipsis Romanis: qui, vti è Tullij, aliorumque Latinorum Authorum scriptis liquidò constat, varios de puritate linguæ suæ Commentarios confecerunt. Eandem diligentiam sequuti postea sunt denso velut agmine viri docti, qui non è Romanis orti, Romanè tamen vt loquerentur, perquàm fuerunt solliciti, nulli parcentes operæ, vt in nativâ suâ puritate quiqui Latini Authores ad posteros propagarentur. Inter illos autem, sermonis Latini quasi Dædalus, & graphicus architectus ab omni ævo habitus fuit Romanorum facetissimus

mus & politissimus Comicus M. ACCIVS PLAVTVS Sarsinas: adeò quidem, vt teste L. Ælio Stilone, ipsæ MVSÆ, si Latinè loqui vellent, Plautino ore fuissent loquuturæ. Non ignoramus quidem, disertissimi oris Comicum suos quoque passum Manes: atque vt multa quoad jocandi παρρησίαν, quantumvis iniquè, vt alio loco evicimus, in illo à plurib⁹ sint animadversa, nemo tamen sive veterum sive recentiorum Plautomastgũ repertus fuit, qui Latinæ loquelæ palmam ei, nisi cum suomet ipsius dedecore, imminuere ausus sit. Germanæ huius Latinitatis Venerem in tam celebri & facundo scriptore Romano, cùm & ego in adolescentiâ meâ oppidò admiratus fuissem, ante complures annos subsiciva & subsecundaria studiorum meorum tempora ad colligendas quasvis in illo obvias ELEGANTIAS contuli, atque meâ sedulitate tantum effeci, vt LEXICON quoddam singularium dictionũ, particularumque, in quibus abstrusior penitiorque aliquis Latinitatis vsus lateret, nec vulgò in Onomasticis libris aliis facile occurreret, concinnarem. Quam quidem operam meam Latinæ Philologiæ & Humanitatis Candidatis haud ingratam vel inutilem accidisse, vehementer lætatus sum: adeò vt non piguerit, distracta prima Editione, limam paulò accuratiorẽ libello adhibere: præsertim cùm tunc quoque in manibus versaretur TERTIA Recensio Fabularũ ipsius Comici: cui LEXICON hocce κατὰ πόδας adaptare vnicè concupiissem, nisi flagitatione præmaturiore ad prælum à Typographo illud meum desideriũ nonnihil fuisset interruptum. Ita tamen cõparatam esse omnẽ LEXICI nostri rationem confidimus, vt quamprimùm COMOEDIARVM PLAVTI novissima illa nostra, & post omniũ sæculorum industriam ABSOLVTISSIMA RECENSIO, luculento ANIMADVERSIONVM libro in lucẽm prodierit, Philologiæ CANDIDATI non spicilegium aliquod tenue, sed ipsam messem vberrimam exinde sint lecturi. Faxit DEVS, vt tranquillioribus rebus omnibus, Martisque sedatis furoribus PAX sit misere fugitivis ex Helicone MVSIS nostris!

Aspera tum positis mitescent sæcula bellis,
Cana FIDES, PIETAS, CONCORS PRVDENTIA, LEGES,
Iura dabunt; diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur BELLI portæ. PAX aurea regnet!

ERYCIVS PVTEANVS: PROFESSOR LOVANIENSIS, HISTORIOGRAPHVS REGIVS & BELGICÆ PRINcipum Consiliarius,

CL. Viro PHILIPPO PAREO S. D.

NISI *affectum tuum æstimem, Clarissime* VIR, *ab omni humanitate: nisi munus, ab omni elegantia, & his ipsis litteris alienus sim. Iam merebaris ipse affectum, priusquam munus mitteres, dignus munere potiùs aliquo meo.* PLAVTVM *igitur mittis, & observantiæ tuæ* τεκμήριον *nominas. Vin' dicam? doctrinæ, industriæ & perennioris etiam famæ. Euge! Herculis vicisti labores omnes hoc labore, virtutes hac virtute. Et quàm arduum fuit, extra nubem nobis ponere Solem ipsum, & impeditum hactenus omnis elegantiæ jubar! Posuisti: sed vt non minùs ipse jam resplendeas.* PLAVTVS *sic tandem* PLAVTVS *esse cœpit; quia à te expurgatus, & protrusus: tu te* PAREVM *ostendisti. Ergò quantus hic scriptor, tantum tuum quoque beneficium est, majoresque omni barbarie radios spargit. Confide: quamdiu honor socco Romano erit, honorem invenies, inter litterarum Heroës censendus: & quandiu Decima illa Musa Comœdiæ nectar fundet, suum te velut Apollinem agnoscet: agnoscent viri omnes docti, censuræ tuæ candore Æternitatis albo inscripti. Mehercle, qui lucem Plauto feciſſe dicuntur, tuo elogio, quàm suo ingenio feliciores. Laudes istæ, gemmæ sunt, & libri vestibulum insigniter exornant. Sed quid? Me quoque dignum laude habes:* Vnionem *inter gemmas nominas; an quia perenni aliquâ luce perfusum? Tu me facis, cùm sic nominas: tuum facis, quem sic amas! amas autem, vt illustres. Sanè cupio porrò tuus esse, ne ignotus sim: clarus esse, vt in te, quam accipio lucem, regeram. Vale. & quemadmodum de* PLAVTO *meritus es, ita & de Comico* AFRO *merere. majus beneficium his litteris nemo dabit. Lovanij, in Arce, prid. Kal. Septemb.* ∞ Ioc XIX.

EPI-

EPISTOLA

ABRAHAMI ANGLICI

Ad Clarissimum Virum

D. PHILIPPVM PAREVM.

De Tertiâ Editione Plautinâ.

††† GRATVLER mihi, si exemplar tui PLAVTI esset in promptu, cuius quidem septem nũc nuper in bibliopolio quodam juxtà cum aliis quibusdam Pareanis monumentis vsurpavi oculis meis. TERTIA tua EDITIO salivam multis heic movit. Vtinam tandem prodeat in lucem! Haberent certe viri docti, quo se oblectarent. Si qui sunt, vt sanè non pauci sunt, qui ad illius Poëtæ adyta se penetrasse putent, tuo Commentario monebuntur, tam procul ab eo se abesse, quantò propius sese accessisse existimabunt. Quanto in pretio is Author olim fuerit, Varro & Agellius abundè tibi testes cluent. Quid? tute ipsus experiundo didicisti. Tu luculentâ tuâ explanatione feciſti, vt mihi non solùm magnus propter se, sed & melior propter te videatur. Itaque vt ingenuè fatear, beatus ille Pistor de-

præ-

prædicandus est, quod te Interpretem & Recensorem nactus est; ac nisi te habuisset Illustratorem sui, alium habiturus esset neminē. Aemulus ille VITVS, qui nuper opicas illi manus admovit, eumq; sibi soli mancipatum voluit, neq; ab aliis tangendum, operam profectò turpiter lusit. Quantus enim quantus est ille, quotiens Commentarium tuum considero, & Animadversiones illas ęrumnosissimas, merū viris doctis ludibriū debet, homo, vt appareat, livore totus totus tinctus atq; imbutus. Tu illi Comico animam dedisti; adeoq; apud admiratores sui efficies, vt aliâ parte admirandus sit, quàm plurimi hucusq; censuerūt. Miratus sum tantā tuam in Animadversionibus novis modestiā, vt qui omni scævo verbo abstineas, quo animus alicuius offendi meritò queat. Hoc tātò laudabilius, quantò id hoc ævo rarius. Itaq; per omnia Musarum sacra te oro, ne diutius differas opus, ꝙ non nisi præstantissimum esse potest; quia eius tu pater es. Ita multorum sitim te vivo restingues quæ; tantò iis acrior incessit, quantò certior desperatio tot damna reficiendi, si ille Author alio quàm te Emendatore prodeat ad radiatū insigne diei. ††† Vale. Lutetiæ Parisiorum a. d. 24. Julij 1633.

V. CL.

V. CL.

IOHANNES VVEITZIVS IN D. PH. PAREI

Recentatam TERTIAM Editionem Plautinam; omnibus numeris absolutissimam.

PRODIIT *vt bellax abiegnis Gracia costis,*
Frangeret vt Phrygias Laomedontis opes:
Mox pius Æneas tremulo extulit igne Penates,
Atque humeris Vestam Palladiumque sacrum.
Tu quoque cor Phœbi, Suadelæ flosque, PAREE,
Pessum vbi PLAVTINVM *conspicis ire* DECVS;
Barbariemque iterùm stipatam Inscitiâ agresti
Tentare Ausonios contemerare focos;
Mox nebulas abigis, sordesque abstergis, agalma
Vt niteat decoris COMICA MVSA *novi.*
Macte PAREE, *tuis factis, Vir ô inclute macte!*
Contundis subidis sic stolida ora viris.
Macte ô! Musarum sic mella favosque refingis:
Schemate pulchro VMBRI *sic ruta Templa novas:*
Sic DECIMAM MVSAM *fulgoris honore revestis,*
Atque illius ades SOL *merus ipse chao:*
SOL; *sed inocciduus; qui vsq; vsq;,* PAREE, *vigebis,*
Cui numquam eclipsis fusca venire queat.

IN

IN EANDEM ABSOLVTISSIMAM

Tertiam Editionem Plautinam affectam, & propediem Typis mandandam,

CARMEN

CHRISTOPHORI CISNERI,

MAGNI ILLIVS CISNERI

ICti Nepotis.

TABIDA virtutem rerum roburque Vetustas
Consumit omne, & atrâ tabe polluit.
Admovet illa manum sacris simituque profanis,
Et omne Lethæo decus sub flumine
Mergit, & obscurâ paulatim morte fatigat,
Linguæ leporem gratiamque destruit.
Nil est tam pulchrum, tam gratum denique nil est,
Quod illa dente livido non roserit.
PLAVTVS erat Latij princepsque decusque Theatri,
Quo nil habebat doctius tota Vmbria:
Cuius Pierides loquerentur voce, Latinis
(Vt Varro prodit) si modis vellent loqui.

Sed

Sed tamen hæc acuens dentem Livoris edacem,
Sævissima incutit Poëtæ huic vulnera.
Incutit, & lacerum crudeliter vndique vultus
Turpissimo obruit situ, atque pulvere.
Iamque foret tenebras illum trusura sub Orci,
Vmbrisq; noctis abditura horrentibus.
Verùm nõ tulit hoc Clariâ de stirpe PAREVS,
Opem sed attulit repentè saucio:
Crudaque cum curâ solerti vulnera ademit,
Deditq; rursùs spiritum ipsi pristinum.
Restituitque decus: tùm sordes abluit omnes,
Luemque tetrici removit luminis.
En! melius Vates extemplò cæpit habere,
Et plenus omni risu agit Comœdiam.
Quàm nitet egregiè! quàm cultu splendet amœno!
En, vt triumphat! vt decens obambulat!
Iam numeros facit innumeros, Venereſque jocosque,
Risusque personat, sales atque Atticos.
Aspice, quàm volupe est in scenâ audire loquentem!
Et eius oris discere elegantiam! (bunt!
Sic me Castalides! sic me bene Gratia ama-
Lubens vt ipse PLAVTI scripta rumino!
Scripta,

Scripta, quibus rigidæ pelluntur nubila mentis,
Quibusq; linguę cedit horror barbarus.
Sed tu Latoi, divine PAREE, sacerdos,
Consul Senatus Musici cluens gravis;
Qui tantum studij, tantumq; laboris amari
Scenæ Latinæ impendis ac Comœdiis;
Iamq; loci nobis patrem, Risusq; magistrum
Purgatum ab omni sordium labe exhibes.
Te feret in cœlum præsens, ætasque futura,
Tuumq; nomen prosequetur laudibus.
Deniq; donec erit veteris Comœdia PLAVTI,
Scena atq; lingua dum vigebit Ausonis:
SERVATOR Decimæ, ter magne PAREE, Camænæ,
Et SOSPITATOR audies certissimus.

LEXICON PLAVTINVM.

AEt *Ab* iuncta auferendi casui eleganter inducunt vim periphrasticâ patrii, sive genitivi casus: & vsurpantur de possessione, & familia. Vt: *Credo te esse ab illo*: h. e. seruum eius. Sic Terent. Andr. 1 1. ỳ. 129. *Ea primùm ab illo animadvertenda iniuria est.* h. e. eius. Curc. 3. ỳ. 82. *Nuncius ab illo*: h. e. eius. Bacch. 2. 2. ỳ. 19. & 3. 5. ỳ. 3 *Nuncius à me.* Men. 5. 2. ỳ. 11. *Expetit me ad se*: *à me non itè*: uti quidem legebat Ian. Guilielmus. h. e. à domo meâ. Sic *Foris concrepuit à sene*, Mil. 1. 1. ỳ. 76. & Mil. 2. 2. ỳ. 5. *A milite*: hoc est, ex familiarib. militis. Mil. 2. 3. ỳ. 44. 68. Mercat. 4. 2. ỳ. 8. *A nobis.* Cist. 4. 1. ỳ. 6. Pseud. 1. 2. ỳ. 69. *qui amant à lenone*: hoc est, puella ex lenonis domo. Pseud. 2. 3. ỳ. 24. *A me:* ex ædibus meis. Pseud. 2. 4. ỳ. 45. Pœn. 5. 2. ỳ. 132. *Amat à lenone hic.* Stich. 5. 1. ỳ. 7. *Cadum hinc à me huc transferam*: h. e. à cella mei heri. Talia sunt: Ter. Andr. 3. 1. ỳ. 3. *Ab Andria est*: hoc est, ancilla Andriæ. Lucret. II. 50. *Fulgor ab auro*: IV. 1161. *Ceres ab Iaccho.* Cicero de Clodio lib. 4. ad Attic. Epist. 4. *Reus à Milone*, h. e. reus Milonis, sive accusatore Milone. Et alibi: *A nobis discessit*: h. e. domo nostrâ. Sic Ennius lib. 1. Annal *acres à te vires.* h. e. acres tuas vires. Cic. lib. 2 Epist. 12. ad Attic. *Ibidem illicò puer abs te cum epistolis.* hoc est, puer tuus.

A vel *Ab* Plauto sæpè significat *quoad, quâtum attinet.* Curc. 1. 1. ỳ. 51. Epid. 1. 2. ỳ. 26. *A morbo valui: ab animo ager fui.* Aul. 2. 2. ỳ. 9. *Malè valere à pecuniâ.*

A de loco nôtat. *A matre venio.* Mil. 4. 7. ỳ. 16. & 4. 8. ỳ. 3. Merc. 4. 1. ỳ. 1. *à viro.*

A me, notat Pro me; sicut *Abs te*, Contra te. Rud. 4. 4. ỳ. 56. Asin. 1 3. ỳ. 71. Capt. 2. 2. ỳ. 88. Trin. 2. 1. ỳ. 12. Rud. 4. 4. ỳ. 56. *à me sentiat.*

A me: à te. h. e. operâ meâ, tuâ. Mil. 3. 3. ỳ. 45. *A sunt fabri, architectiq; à te, à me, haud imperiti.*

A me: meâ culpâ, causâ. Curc. 1. 1. ỳ. 51. *Tam à me pudica est, quasi soror siet mea.*

A me: meâ sponte, ἐξ ἐμαυτῦ. οἴκοθεν Capt. 2. 3. ỳ. 33. *facili memoria memini à me.* quæ tamen lectio Mss. Lang. ibi tolerari nequit. Vide paulo post *Abse.*

A pro è vel *de.* Amph. 2. 2. ỳ. 219. & 3. 3. ỳ. 12. Pœn. 4. 2. ỳ. 166.

A, post. Curc. 1. 1. ỳ. 73. Stich. 4. 1. ỳ. 62.

A fundamento. Rud.2.6.ϒ.55.

A malo facere peculium. Eleganti formâ, & latinâ. Most.4.1. ϒ.6. Sic Apuleius Milesius libr.9. *Nisi nos putatis as de malo habere.*

Ouid.5.Fastorum.

Sed iam de vetito quisque parabat opes.

A mane usq; ad vesperum. Amph.1.1.ϒ.96. Most.3.1.ϒ.3. *A mane ad noctem totum usq; in foro dego diem.* Mel.2.6 ϒ.23. *supplicium diutinum à mane ad vesperum.* Sic Cic lib.9. Epist.26. *Cenam te quærere à mane dixeris.* Ita enim ibi rectissimè Victorius ex libro Petrarchæ correxit. Lucilius apud Lactant lib. V. cap.9. *Nunc verò à mane ad noctem*: &c. Lucas Act.18.23. de Paulo: πείθων αὐτοὺς περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως, καὶ τῶν προφητῶν ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας. Sic Iesaias 38.12. *A die usque ad noctem consummatis me*: hoc est, spacio unius diei. Agellius 2.1. *à summo lucis ortu ad solem alterum orientem.*

A minimo ad maximum. Pseud.3.1.ϒ.10.

A primo: initio, principio, Most. 3.2.ϒ.142.

A principio. Men. prol. v. 1. Pseud. 4.2 ϒ.14. Cas. prol.ϒ. 4. Capt. 3.4.ϒ.91.

A puero. Capt.3.5.v.62.& 3 4.ϒ.112 & 5.3.ϒ.4.

A puero usque. Capt.3.4.ϒ.12.

A puero paruulo. Merc. Prol.ϒ. 90.

A pauxillo puero. Stich.2.1.ϒ.22.

A saculo ad saculum. Mil.4.2.ϒ.87.

A summo. vide litt. S. *Summum.* & litt. C. *Circumferre.*

Ab. eleganter παρέλκει. Truc.4.3.ϒ.59. *Ab ingenio improbus.* Mil. 3.1.ϒ.37. *ab ingenio senex.*

Ab pro *à*, sequenti vocali. Epid. 2.2.ϒ.69. Bacch.2.2.ϒ.10.

Ab pro *ante.* Cist.4.1.ϒ.7. *Ab ostio iacentem sustuli.*

Ab eleganter sequente consonâ loco *a* vsurpatur. *Ab Danista,* Epid. 1.1.ϒ.51.& 2.2.ϒ 9. Most. Arg.ϒ.11.& sæpè aliàs.

Ab sæpe notat totam priuationem totius substantiæ domûs & familiæ. Merc. Prol.ϒ.55.

Abhinc biennium. Bacch. 3.2.ϒ.4.

Abre: frustra, contra honestum. Capt.2.2.ϒ.88. Trin.2.1.ϒ.12.& Truc.2.6.ϒ.40.

Ab domo Aul. 1.2.ϒ.27.

Ab notat principium. *Ab Delphio:* initio facto à Delphio. Most. 1.4.ϒ.33.

Ab alieno cohibere manus. Trin.4.3.ϒ.12.

Ab: post. Pœn.3.3.ϒ.4.

Ab pro *ex, de.* Cas.2.4.ϒ.23. *Abin' hinc ab oculis?*

Ab ineunte adolescentia. Trin.2.2.ϒ.21. Bacch. Grex ϒ.1.

Ab iuuentute: à teneris. Pœn. 5.3.ϒ 10. quamquam etiam de iuuenibus intelligas.

Ab infimo. Most.3 2.ϒ.143.

Ab ingenio improbus. Truc. 4.3.ϒ.59. Sic. Mil 3.1.ϒ.37.

Ab ingenio senex Sic enim ex Mss. Pall. legendum evici in Animadversionibus ad hunc locum.

Ab ostio: ad ostium. Merc.2.4.ϒ.9.

Abs re; est, in damno. Asin. 1.3.ϒ.71. Capt.2.2.ϒ.88. Terent. Adelph.5.3 ϒ.44 *At enim metuas, ne ab re, sint tamen omissiores.* Cõtrarium est, *E re.* Asin.3.1.ϒ.35. Capt 2.2.ϒ.46.

Abs se: sponte suâ; spontaneus. Glossæ Isidori. Capt. 3.1.ϒ 10.

Men.

Men.1.2.¶.66.Rud.2.4.¶.21. Trucul. 4.3.¶.78. Salluſtius. Iug.cap.61.66.

Abs ſe afferre quid: hoc eſt, è ſuo promocondo.Aul.2.5.¶.15.

Ab ſummo: à ſummâ parte. Aſin. 5.2.¶.42. *Ab infimo.*Ibid.

Abs terra ad cœlum. Trin. 4.2.¶. 105.

Ab vſq; mane ad veſp. Amph. 1.1. ¶.96. Vide paulò ante, *A mane.*

Abſque te eſſet. Perelegans formula: *Niſi tu eſſes.* Capt.3.5. ¶.96. Bacch.3.3.¶.8.Men.3.7.¶.33. Trin.4.1.¶.13.& 5.2.¶.3. Sic Ter.Phorm.1.4.¶.11. *Abſque te eſſet, rectè ego mihi vidiſſem.* Et Hecyr.4.2.¶.25. *Abſq; una hac foret.*

Abalienare eſt quauis ratione auertere. Aſin.4.1.¶.20.

*Abdere ſe ex conſpectu.*Pſeud. 4.7. ¶.5.

Abditiuus, ſeparatus & ſeiunctus. Pœn.Prol.¶.65.

Abdomen pinguior pars in ventre marium quadrupedium. Curc. 2.3.¶.44. vt *ſumen* in femellis.

Abduce. ἀφελκύσω. Curc. 5.3.¶.15. Bacch.4.9.¶.108. Rud.3.4.¶. 69.Truc.4.3.¶.73.

Abducere ſe aliquò. Moſt. 3.3.¶. 166.

Abducere: verbum iudiciorum. Aſin.5.2.¶.87. Merc.3.4.¶.31. Pœn.3.4.v.10.

*Abducere à.*Pſeud.4.7.¶.97. *Abducens à me mulierem.*

Abducere; interdum eſt *ducere in locum.*Amph.2.2.¶.224. Moſt. 3.2.¶.7.Pſeud.4.6.¶.97. Terent.Eun.3.5.¶.28.*Illa illico vbi me accepit: lata ad ſe abducit domum.*Et Adelph.4.4.¶.19. *Ad me abducta eſt domum.* Cicero. *Abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem.* Liuius lib. 27. *Productæ deinde in conſpectum eius coniuges liberiq; lacrimantibus gaudio redduntur, atque eo die in hoſpitium abducti,* vulgò *adducti.*malè.

Abducere intrò. Epid.3.3.¶.17. Bacch.5.2.¶.58.

*Abduxît:*abduxerit. Merc.4.4.¶. 59.vbi tamen Mſſ. *abducit* ; & rectè.

*Aberrare inter homines.*Men.Prol. ¶.31.

*Abeſſe:*pro *deeſſe.*Epid.1.¶.25. Falſa igitur Grammaticorum ratio, qui dicunt, *Deeſſe* de eo vſurpari, quod requiritur: *Abeſſe* de eo, quod non requiritur.

*Abeſſe ab domo.*Epid.5.2.¶.16.

Abeſſe prope. Aul.2.3.¶.8.

Abhibere, & Abſtinere. Trin.2.1. ¶.30. *Procul abhibere* ; quamquam conſenſus Mſſ.codd. ſuadet eo loci retinendum, *adhibendus & abſtinendus.*Sall.Hiſt. *Cauſas inuidiæ procul habere.*

*Abhorret:*abſolutè. Ciſt. 1.1.¶.56.

*Abiegna ſors.*Caſ.2.6.¶.32.

*Abies:*de tabellis abiegnis. Perſ.2. 2.¶.66.

Abi: Exſultantis eſt. Trucul.2.1. ¶.12.Terent.Adelph.4.2.¶.25. *Abi: virum te iudico.* Vbi Donatus: Abi *verbum eſt, vel ſibi, vel alteri cum laudatione blandientis. nam ſic dicunt, qui iam compotes ſunt votorum omniũ, perfectique in rebus vniuerſis.*

Abi abi. Truc.5.1.¶.44.Faſtidioſè alios à ſe emolientes ſic dicebant: *I modò. Abi, abi.* Pœn. 1.3.¶.20.Trin.2.4.¶.182.Stich. 3.2.¶.23. Nævius: *Abi, abi, deturbate ſaxo, homo non quiquiſ-*

lia. Vbi *tò quuquilia*, singulariter effertur. Cæcilius: *Quisquilias volantes, venti spolia memores; i modo.*

Abi. Exsecrantis & reiicientis form. Mil. 2. 3. ℣. 20. Pœn. 1. 3. ℣. 20. 21. *Abi modò.* vide *I modò.*

Abi dierectus: Exsecrandi formula. *In crucem, ad corvos ito.* Pœn. 1. 1. ℣. 32.

Abi, formula hortantis. Most. 5. 1. ℣. 32.

Abi ab oculis. Germ. Gehe mir auß dem gesicht. Trin. 4. 2. ℣. 147. Truc. 2. 5. ℣ 24

Abigere ab. Men. 1. 2. ℣. 18.

Abin'. Abisne? Baech. 5. 2. ℣. 57. Cas. 2. 4. v. 23.

Abire: pro, *esse.* Most. 4. 1. ℣. 15. Pseud. 5. 1. ℣. 7.

Abire domo. Epid. 1. 1. ℣. 44.

Abire, & *abitio*; mori, mors. Stich. 4. 2. ℣. 52. Cas. Prol. ℣. 19. Vide Festum.

Abire, ambiguè: pro, *abire è seruitute.* Amph. 2. 2. ℣. 217.

Abire ab aliquo. Curc. 2. 3. ℣. 70. Epid. 1. 1. ℣. 72. Bacch. 4. 9. ℣. 107 Most. 3. 2. ℣. 33.

Abire ad aliquem. Mil. 2. 6. ℣. 11. Nisi forte Rittershusii coniectura melior, qui *adit* legendum censet. Vide etiam Amph. 2. 2. ℣. 59. Pœn. 5. 3. ℣. 29.

Abire intrò. Epid. 5. 2. ℣. 48. Pseud. 1 2. ℣. 35.

Abitare. Rud. 3. 4. ℣. 72.

Abit dies. vide litt. D.

Abitio. Rud. 2. 6. ℣. 19.

Abitum; impersonaliter. Cist. 1. 1. ℣. 35.

Abiudicare, est, *separare*: metaphora ducta à iudicum sententiis, qui reos à vita abiudicant. Asin. 3. 3. ℣. 17.

Abiudicare à se, Rud. 5. 1. ℣ 3

Abiudicare ab. Rud. 4. 3. ℣. 100. *Numquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum*; hoc est, herus nihil dicet contra seruum suum.

Abiurare, est rem creditam periurio negare. Inde *Abiuratio* est rei creditæ abnegatio. Curc. 4. 2. ℣. 10. Rud. Prol. ℣. 14. Pers. 4. 3. v. 9.

Ablecta ades. ὑφημένα, quæ pro derelictis habentur. Most. 3. 3. ℣. 3. Vbi tamen alii malint retinere *Abiectas*: ut *tò l* sit positum pro *i*. Sic *Ablegere* est ἀπολέγειν. *Ablegmina* erant partes, quæ DIs porriciebantur, propterea dictæ, *proficia*, & *projecta*, tanquam separata quædam à reliqua visceratione. vide Festum.

Ablegare à se. Mil. 3. 2. ℣. 55.

Ablegere. Vide *Ablecta ades.*

Abnuere: nutu negare Capt. 3. 1. ℣. 1. Truc. Prol. ℣. 6.

Abnutare: pro *abnuere.* Fest. Capt. 3. 4. ℣. 79.

Abomino: κακαϊκῶς. Trin. 3. 2. ℣. 82.

Abortio. Truc. 1. 2 ℣ 98.

Abripere se. Mil. 2. 2. ℣. 21.

Abripere se foras. Curc. 8. 1. ℣. 8.

Abripere nasum. Men. 1. 3 ℣. 12.

Abrogare fidem. Trin. 4. 3. ℣. 41.

Abscede sis. Pœn. 1. 2. ℣. 162.

Abscedere ab. Most. 2. 2. ℣. 29. 36. 79 & Most. 1. 1. ℣. 7. 8.

Abscedere: Amph. Sc Tun' me. ℣. 19. Aul. 1. 1. ℣. 16. Cas. 3. 5. ℣. 5. & 4. 4. ℣. 13 Capt. 2. 3. ℣. 74. Epid. 2. 2. ℣. 53. Merc. 1. 2. ℣. 29. & 2. 3. ℣. 55. Most. 3. 2 ℣. 173. Mil. 2. 2. ℣. 45. & 2. 6. ℣. 103. Pœn. 1. 2. ℣. 151. & 3. 6. ℣. 4. 6. 10. & 5. 4. ℣. 71. Rud. Prol. ℣. 66. & 4. 4. ℣. 141.

♆.141. Perſ. 4. 2. ♆. 6. & 4. 7. ♆. 17. Trin. 3. 1. ♆. 24. & 3. 2. ♆. 84. & 3. 3. v. 17. *Dos abſcedat.* & 4. 4. ♆. 31.

Abſcedere aliquo: pro, ab aliquo. Epid. 2. 2. ♆. 101.

Abſenti, pro, *abſente.* ἀπροσαιτήτως. Men. 3. 2. ♆. 27.

Abſentes, pro, *mortuis.* Caſ. Prol. ♆. 20.

Abſiſtere ab aliquo. Truc. 2. 6. ♆. 32.

Abſoluere aliquem, pro, *expedire, ſatisfacere alicui.* Germ. abfertigen. Curc. 3. 2. ♆. 84. Epid. 5. 1. ♆. 24. Pſeud. 4. 7. ♆. 130. Moſt. 3. 1. ♆. 115. & 3. 2. ♆. 156. Terent. Adelph. 2. 4. ♆. 13. *Ibo ad forum, vt hunc abſoluam:* Vbi Donatus; *Vt hunc reddito illi pretio, dimittam. Eſt ergo* Abſoluam, pro, *à me ſoluam.*

Abſoluere aliquem aliquid. Men. 5. 2. ♆. 30.

Abſoluere verbo. Rud. 3. 2. ♆. 39.

Abſoluere aliquem breui; eſt, paucis morari. Epid. 3. 4. ♆. 34.

Abſolui, pro, dimitti cum ſatisfactione. Aul 3. 5. ♆. 43.

Abſorbere viuos acerrimè ac æſtuoſe meretricum *eſt.* Bacch. 3. 1. ♆. 5. & 3. 3. ♆. 67.

Abſque te eſſet. Vide ſupra: *Abs. Abſque:* &c.

Abſtare propius. Epid. 5. 2. ♆. 9. Sic *procul aſtare.* Moſt. 3. 1. ♆. 132. Truc. 2. 6. ♆. 32. Mil. 1. 3. ♆. 46.

Abſterrere. depellere. arcere, abigere. Moſt. 2. 1. ♆. 73. Truc. 2. 1. ♆. 41. Vide etiam Lexicon Lucretianum Danielis Parei. Eodem modo vſurpabant *Proterrere.* Ter. Heaut. 3. 1. ♆. 37. *Proterruiſtibine mulierculã.* Vbi tamen Mſſ. Pall. *perterruiſti.*

Abſtergére in ſecunda coniugatione. Aſin. 4. 1. ♆. 52. Lucr. IV. 1057. *Abſtergere ſibi, atque alio conuertere mentem.* Alibi ſæpius apud Carum. Vide Lexicon Lucret.

Abſtinere aliquem Rud. 2. 4. ♆. 11.

Abſtinere manu: eſt, ab aliquo abeſſe, non accedere ad aliquem. Moſt. 1. 3. ♆. 133. Contrarium eſt, *Adire manum.* vide ſuo loco.

Abſtinere ſermonem de aliqua re. Moſt. 4. 2. ♆. 17.

Abſtinere aliquid facere. Men. 1. 2. ♆. 55.

Abſtinere ſe. Syntaxis inſolens. Amph. 3. 2. ♆. 45. Mil. 3. 1. ♆. 48. Curc. 1. 1. ♆. 37. Caſ. 1. 1. ♆. 13.

Abſtinere culpam. Men. 5. 6. ♆. 20.

Abſtinere culpa. Men. 5. 2. ♆. 18.

Abſtrudere: eſt occultare. Aul. Arg. I. v. 6. Arg. II. ♆. 9. & 3. 6. ♆. 46. & 4. 5. ♆. 3. & 4. 6. ♆. 7. Merc. 1. 2. ♆. 78.

In abſtruſo ſito eſt merx. Pœn. 1. 2. ♆. 129.

Abſtrudere in aliqua re. Rud. 4. 3. ♆. 68.

Abſumedo: fictum ab *abſumendo.* Capt. 4. 3. ♆. 4.

Abſumi. Epid. 1. 1. ♆. 76. Moſt. 2. 1. ♆. 18. pro *perire.* Ibidem Arg. ♆. 2. *Abſumere rem ſuam.* & Moſt. 5. ♆. 19. *Abſumere argentum.*

Abſurde facere. Epid. 3. 1. ♆. 6.

Abſynthium. Trin. 4. 2. ♆. 90.

Abundare lætitia, & voluptatibus: eleganter dictum. *Stich.* 2. 2. ♆. 5. Turpilius; *Satine vt meum cor voluptatibus abundat?* Idem; *Suauitate mira abundat.*

Abuti: eſt vtẽdo cõſumere. Germ. Vnnützlich verbrauchen. Aſin. 1. 3. ♆. 44. *Abuſa ſunt*; paſſiuè. Nonius Ligaria Licinaria : *Quia*

ſupellex multa, quæ non vtitur, emitur tamen. Vide Antiquarium Iani Guilielmi pag. 500. *Propriiſſimè*, inquit. Donat. *hoc verbo Plautus vtitur*, ſc. in *vino, vnguentis, pigmentis.* Sic Terent. Prol. And. ℣. 5. *Operam abuti*, dixit, pro, *conſumere*.

Abuti, cum accuſandi caſu ſæpiùs vſurpatur apud Comicos. Sic *Abuti aurum.* conſumere. Bacch. 2. 3. ℣. 116. Hoc enim proprie eſt *Abuti* apud Iuriſconſultos. Perſ. 2. 3. ℣. 10. *Abuti rem patriam.* Trin. 3. 2. ℣. 56. Pœn. 5. 4. ℣. 27. *Abuſa eſt ſapientiam tuam.*

Accedere: in venditione dicitur, quod venditioni adiicitur præterid, quod principaliter venit. Epid. 3. 4. ℣. 42. Vnde *Acceſſiones* apud Iurisconſultos. Vide Lexicon Iuridicum I. Caluini.

Accedere periculum, audaciam: hoc eſt, audacter facinus aliquod adgredi. Epid. 4. 2. ℣. 46.

Accedere ad. Mil. 2. 6. ℣. 55.

Accepti ratio. Truc. 4. 2. ℣. 36.

Accepti & expenſi ratio. Moſt. 1. 3. ℣. 145.

Accepto: as. Pſeud. 2. 2. ℣. 32.

Acceptor; approbator. Trin. 1. 2. ℣. 167.

Acceptrix, & acceptrica. Truc. 2. 7. ℣. 18. Vt: *Senex, ſeneca; Phalanx, phalanga: Chœnix; chœnica.*

Acceptum eſt, pro, *certum & compertum eſt.* Moſt. 1. 3. ℣. 67.

Accerſit: pro, *accerſiuerit.* Men. 5. 2. ℣. 13.

Accerſitus. Stich. 2. 3. ℣. 2.

Accepta & Expenſa meretricia. Truc. 1. 1. ℣. 54. Sed in Mſſ. aliter legitur. Vide Anim. noſtras.

Acceſſio eſt. Eleganti forma dicit Comicus. Trin. 3. 2 ℣. 83. *Quid tibi huc acceſſio eſt in concilium?* Et Trucul. 2. 2. ℣. 3. *Quid tibi ad haſce ædes acceſſio eſt, aut pultatio?*

Accibo. Mil. 3. 3. ℣. 61. Vbi tamen Acidalius *acciebo* verſus causâ ex veteribus libb. ſcribendum contendit.

Accidere ad terram. Pœn. 2. 1. ℣. 38. 39.

Accidit, pro, euenit, efficitur. Amph. 1. 3. ℣. 52.

Accidit aures ſonitus: ad aures. Stich. 1. 2. ℣. 31. Lucret. IV. 569. *Qua pars vocum non aures incidit ipſas.* Vide Lexicon Lucretianum.

Accipe: verberantis eſt, aut alias iniuria aliqua lædentis. Amph. Sc. Tun' me; ℣. 25.

Accipere ex aliquo aliquid. Aſin. 4. 1. ℣. 20.

Accipere: acriter obiurgare. Men. 5. 1. ℣. 7.

Accipere; pro *ſuſcipere.* Moſt. 5. 2. ℣. 23. *Accipito ad te hanc litem.*

Accipere benignis auribus: Pro, *Audire.* Amph. 5. 1. ℣. 35. Men. Prol. ℣. 4.

Accipere: intelligère. Caſ. 2. 2. ℣. 18.

Accipere mãcupio. Trin. 2. 4. ℣. 19.

Accipere & accipi: pro tractari in conuiuio, excipere conuiuio. Aul. 4. 4. ℣. 3. Moſt. 1. 4. ℣. 7. Ciſt. 1. 1. ℣. 12. Mil. 3. 1. ℣. 141. Men. 5. 2. ℣. 44. Rud. 3. 5. ℣. 21. Perſ. 1. 1. ℣. 32.

Accipere bene. Perſ. 5. 1. ℣. 6. Bacch.

1. 1.

1.1.¥.69. *Magnificè.* Pseud. 1.2. ¥.34. *Lepidè.* Pseud. 4.1.¥.36. 39.40. *Nitidè.* Cist.1.1.¥.12. *Hospitio accipere.* Rud.2.4.¥.4.

Accipi cõuiuio. Bacch.5.2.¥.63. *Festiuè.* Pseud.5.1. ¥.9. *Lepidè.* Stich.5.4.¥.3.22. *Bene ac commode.* Cas.5.1.¥.1. *Hilare & ampliter.* Merc.Prol.¥.90. *Accipi sua pecunia.* Germ. Vmb sein Gelt. Truc.3.2.¥.30.

Accipi hospitio. Mil.3.1.¥.82.

Accipi inter: haberi. Stich. 3.2. ¥.38.

Accipiem. antiquè. Most. 3.3. ¥.3.

Accipiter pecuniarũ. Pers.3.3.¥.5.

Accolere ædibus. Bacch.2.1.¥.4.

Accommodare clypeum ad dorsum. Trin.3.2.¥.93.

Accommodare: vtendum dare. Asin.2.4.¥.39.

Accredere: pro, credere. Asin. 3.3. ¥.37.

Accongerere dona. Truc.1.2.¥.17.

Accreduas, ἀςτραπίζῃς: pro, *accredas.* Asin.5.2.¥.4.

Accubare. Tricliniare verbum. Asin.5.1.¥.3. Bacch.1.1. ¥.48. & 1.2.¥.33. & 4.9. ¥.14. & 4.8.¥.10. Most.1.4.¥.27. & 1.3. ¥.150. & 2.1.¥.21. Pseud.4.4. ¥.2. & 5.1. ¥.25. Stich. 4.1. ¥.63 & 4.2. ¥.38.39. Trin. 2.4.¥.72. *Regie accubare.* Stich. 2.3.¥.52.

Accubare: de canibus hero accumbentibus. Mil.2.2.¥.57.

Accubare: translate ad vincula transfertur. Curc.5.3.¥.13.

Accubare: de concubitu. Bacch.1.1.¥.39.

Accubare: pro, *sedere, esse.* Bacch.3.3.¥.50. *In Lupanari accubant.*

Accubitum ire. Men.1.4.¥.7. & 2.3.¥.16. Pseud.3.2.¥.101.

Accubuò, fictè ad imitationem *Assiduò.* Truc.2.4.¥.68.

Accumbere, quid proprie, explicauit eruditè præter cæteros Philologos *Iustus Lipsius* lib. III. Antiq. lect. qui videatur. In eam rem non pauca dixi in Philosophiâ Plautinâ Tit. *Conuiuiorum, Triclinij.* Sæpissimè autem meminit Plautus. Most.1.3.¥.149. & 1.4.¥.13. Pers. 5.1. ¥.15. & 5.2.¥.14. Stich. 3.2. ¥.32. & 5.1.¥.8. & 5.4.¥.14.15. & 5.5.¥.9. 11. Truc.2.5.¥.26.

Accumbere in summo lecto. Stich.3.2.¥.32.

Accumbere scortum: pro, *ad*, vel, *scorto.* Bach.5.2.¥.70. Men.3.2. ¥.11. & 5.9.¥.82.

Accurare. Cas.2.6. ¥.69. & 3.3. ¥.25. Men.3.3. ¥.15, & 5.2. ¥.107. Most.2.1.¥.7. Pœn.1.2.¥.44. & 3.3. ¥.55. Pers.3.1.¥.65. & 4.3.¥.54. Mil. 2.2. ¥.10.

Accurare rem. Pers.4.1.¥.1.3. *Sobrie & frugaliter.* Epid. 4.1. ¥.39.

Accurare: effectum dare. Men.1.3. ¥.24.

Accurare: accuratè operam dare. Trin.1.2.¥.41.

Accurare: administrare. Bach.5.2. ¥.33.

Accurare prædium. Men.1.3.¥.25.

Accurare hospites: hoc est, operam dare, vt hospites curatè accipiantur. Epid.5.1.¥.55.

Accurassis. Pseud.4.1.¥.29.

Accurata malitia. Truc.2.5.¥.20.

Accurate & astute exequi dolum. Truc.2.5.¥.10.

Accurato opus. Mil.3.1.¥.209.

Accuratum habere; pro, *accurare*. Bacch.3.6.ϒ. 21.

ACCVSANDI *casus* pro nominandi. Vide *ἀνπώπωσις*, in Mantissâ Lexici.

Accusare aliquem aliquid. Trin. 1. 2. ϒ. 59.

ACCVSATIVVS *sæpe omissus*, vide *Agere* & *Verba actiua*, in Mantissâ Lexici.

Accusitare. Most.3.2.ϒ.23.

Accusso: duplici *ss* dicebant vett. teste Beda Tractatu de Orthographia. Et sic Membranæ Pall. V.C Aulul. 3.6.ϒ.14.

Acerbum: malum. Rud. 1.3.ϒ.2.

Acerbum, molestũ. Epid 5. 2.ϒ. 52.

Acerbus: pro *crudo & immaturo*. Amph.1.1.ϒ. 35. *Acerba funera*. Asin.3.3.ϒ.3. sed *acerba virgo* est *ὥρᾳ*, nondum matura viro.

Acerrimè: vehementer asserentis & cõcedentis. Pseud. 1.3. ϒ.129.

Aceruum comedere: vt mures. Cas. 1.1.ϒ.38.

Acetum; pro, *sapientia*, & acrimonia iudicii. Bacch.3.3.ϒ.1. *Acetum peracre est in pectore*. Vide PROVERBIA in Mantissa Lex.

Acetum acerbum. Truc. 1.2.ϒ.76.

Acetum prandere. Rud.4.2.ϒ.32.

Acherontis ostium : pro inferno. Trin.2.4.ϒ.124. *Acheruns* namque etsi fluuius est: sæpe inferos ipsos, non fluuium notat. Turneb.lib.5.cap.7. & lib. 9.c.24. Vide etiam litt. O. *Ostiũ* Acher. & paulò post, *Acheruns*.

Acheruntí. Aduerbialiter: vt *Carthaginí*. Merc. 2. 3 ϒ. 21, Pœn. 1.3. ϒ.22. Truc.4.2 ϒ.36. Capt. 5.4 ϒ.1. Vide etiam *Temporí*.

Acheruntícus senex. Merc. 2.2.ϒ. 19. Mil.3.1.ϒ.32.

Acheruns: receptaculum mortuorum. Amph.5.1. v. 26. Pœn. 1.2. ϒ.131.

Acheruns: de seruo vlmitriba. Cas. 2.8.ϒ.12. Sic dicitur,

Acheruns vlmorum: *μεταφορικῶς*. Amph.4.2.ϒ. 9. Item,

Acheruntis gloria: de iis, quorum in tergo crebræ virgæ moriuntur: aut de ipsis mortuis. Capt. 3.5.ϒ. 31. Item,

Acherontis pabulum : de homine malitioso. Cas. 2.1.ϒ.12.

Acheruntem: Aduerbialiter. Most. 2.2.ϒ. 67. Nam *tè in* expungi debet, suasu omnium Mss. codicum. Sic dicitur,

Acheruntem venire. Pœn. 4.2.ϒ.9.

Acheruntícas regiones colere: hoc est, mortuum esse. Bacch. 2.2. ϒ.21.

Achilles: Pelides. Bacch. 4.9. ϒ.5.

Achilles; *κατ' αὐτονομασίαν* de omnium Græcorum pulcerrimo & fortissimo. Mil.1.1. ϒ. 61.

Achilles: de glorioso milite. Mil. 4. 2.ϒ.69.

Achilles Thetide prognatus. Epid. 1. 1.ϒ.33.

Achilles Aristarchi. Tragœdia ab Ennio Latinè versa. Pœn. Prolog.ϒ.1.

Achilli: pro, *Achillis*. Bacch. 4. 9. ϒ.14.

Achillis arma. Epid.1.1.ϒ.32.

Achiui. Græci Troiani. Bacch.4.9. ϒ. 11.

Acidissimum acetum. Pseud. 2. 4. ϒ.49.

Aciem orationis conferre. *ἀντιβολεῖν* pro *colloqui*. Epid. 4.1.ϒ.20.

Aciem oculorum præstringere. Merc. 5.3.ϒ.7.

Acies: ambiguè & eleganter positum, pro acie oculorum, & acie hostium. Mil. 1.1. ϒ. 4.

Acies

Acies fallaciarum. Mil. 4.2.¥.37.
Acies gladiorum. Truc. 2.6.¥.11.
Acrus fugitor. Trin. 3.2.¥.97.
Acta, nauis. Rud. 1.2.¥.8.
Actor. Bacch. 2.2.¥.35.
Actum est: ilicet. Cist. 4.2.¥.17.
Actum est. Pseud. 1.1.¥.83. Stich. 5.5.¥.10.
Actum est de collo meo. Pseud. 4.7.¥.120. Trin. 2.4.¥.194.
Actum est haud male. Pseud. 4.6.¥.16.
Actutum: Dictio tota Comica. Amph. 1.1.¥.104. & 1.2.¥.14. & 1.3.¥.32. & 2.3.¥.80. Curc. 5.3.¥.49. Capt. 3.5.¥.75. Bach. 4.1.¥.6. & 4.7.¥.1. & 5.1.¥.85. & 5.1.¥.29. Most. 1.1.¥.16. 67. 68. & 3.1.¥.68. & 4.1.¥.32. & 4.4.¥.59. Pseud. 1.2.¥.53. & 1.5.¥.148. & 4.2.¥.37. Merc. 2.3.¥.38. 55. Pœn. 1.2.¥.133. & 3.5.¥.39. Pers. 4.4.¥.105. & 5.1.¥.13. Stich. 1.2.¥.97. Trin. 3.3.¥.31. 39. & 4.4.¥.16. & 4.2.¥.141. Truc. 1.2.¥.105. & 2.1.¥.9. & 2.2.¥.12.
Acu tangere rem. Rud. 5.2.¥.19.
Aculeatum: pro, *periculoso*. Bacch. 1.1.¥.29.
Aculeus pungit pectus. Trin. 4.2.¥.158.
Acum quærere. Prou. Men. 2.1.¥.13
Ad: elegantissimè comparationē notat. Mil. 4.1.¥.21. & 4.6.¥.36. Capt. 2.2.¥.25. *Nam ad sapientiam huius ille nimius nugator fuit*. Trin. 3.2.¥.97. *ad summos bellatores acrem fugitorem fore credo*. Terent. Eunuch. 2.3.¥.70 *At nihil ad nostram hanc*. Cicero lib. 2. de Oratore: *Nihil ad Persium*. Idem pro Deiotaro: *Nihil ad hunc equitatum*. Ausonius in Professoribus de Staphylio: *Grammatice ad Scaurum, atq; Probum promptissime Rhetor*.
Idem de Nepotiano: *Et disputator ad Cleanthen Stoicum*.
Idem in dedicatione operis ad Syagrium:
—*quo gloria nostra subiret Æmilium ad Scaurum, Berytiumq; Probum*.
Phœbadius cap. 3. *Habere initiū Pater negatur, hoc ideò vt filius non ad auctorem, sed ad tempus habere credatur*. hoc est, ratione, respectu, consideratione temporis.
Ad pro *ante*. Pseud. 1.5.¥.116. *ad vesperum*. Sallust. *Nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt*. Horat. *Lento Samnites ad lumina prima duello*.
Ad pro *in*, vel, *apud*. Capt. Prol.¥.49. Cas. 2.2.¥.21. Pseud. 4.7.¥.136. Most. 2.1.¥.5. Most. 3.2.¥.82. 162. Men. 4.2.¥.18. Capt. 2.3.¥.98. & 3.5.¥.41. Rud. Prol.¥.18. Cic. Att. lib. 10. *Commodùm ad te dederam litteras de pluribus rebus; cum ad me bene mane Dionysius fuit*. Plin. Epist. *Ego quoque ad me habeo decretum prouinciæ*.
Ad habet vim ὠξηλικὴν. *Adpotus*. Amph. 1.1.¥.126. Sic Cicer. *Adnoutius, admodestior, adprimus, adprobus*.
Ad παρέλκει. Amph. 1.2.¥.4.
Ad: pro, adversùs. Capt. 3.4.¥.2. Pseud. 1.5.¥.38. *Itur ad te*: hoc est, contra. Terent. Heaut. 3.2.¥.34. *Ad senem aliquem fabricā fingit*. Propert. lib. 2. Eleg. 24. *Lernæas pugnet ad hydras*. Attius Tereo apud Non. in *Contendere*;

Vt vim contendas ad maiestatem viri. Gell. lib. 18. cap. 4. *Ad sophistas vtebatur eo*; hoc est, aduersus.

Ad ℔ circiter. in æstimatione pretii. *Ad quadraginta minas.* Ger. Bey die. &c. Epid. 2. 2. ℣. 112.

Ad, valet, *de.* Aul. 3. 5. ℣. 23. Capt. Grex. ℣. 1. Symmachus lib. 4. Epist. 56. *Postquam vos ad virtutem verba feci stis.*

Ad me. ad domum meam. *Ad nos.* Epid. 1. 1. ℣. 64. Most. 1. 4. ℣. 1. 5. Mil. 5. 1. ℣. 12. Menæch. 5. 2. ℣. 11. *Expetit vt à me ad se se irẽ.* Cic. pro Milone: *Aricia rediẽs diuertit Clodius ad se in Albanum*, h. e. in villam suam. Idem. *Tecum apud te fui.* h. e. in domo tua. Sic. 1. Reg. 10. *Ascende ad Deum.* h. e. *ad Dei fanum.* Et Plautus: *Ad vos*; h. e. domum vestram. Stic. 5. 5. ℣. 34.

Ad Acherontem. Trin. 2. 4. v. 93.

Ad dorsum clypeum accommodare. Trin. 3. 2. ℣. 93.

Ad frugem applicare animum. Trin. 2. 1. ℣. 34.

Ad id, vsquedũ. Notanda particularum elegantia. Most. 1. 2. ℣. 53. Liuius præfatione libri primi dixit: *Tantisper certè dum*; &c.

Ad incita redigere. vid. litt. I. *Incita.*

Ad pro *ob.* Cas. 2. 3. ℣. 19.

Ad postremum. Elegans forma. Aul. 3. 5. ℣. 52. Pœn. 4. 2. ℣. 22.

Ad prandiũ adducere. Pœn. 5. 5. ℣. 3.

Ad pro *vsq; ad.* Most. 3. 1. ℣. 51.

Ad meridiem. Men. 5. 7. ℣. 33.

Ad valet *pro.* Aul. 3. 2. ℣. 15.

Ad aliquem vi sere. Capt. 1. 2. ℣. 17.

Adæque: absolute. Cas. 5. 1. ℣. 3.

Adæque atque. Capt. 5. 4. ℣. 1.

Adæque vt. Cist. 1. 1. ℣. 57.

Adæque: pro, *magis.* Most. 1. 1. ℣. 29.

Adæque: cum comparatiuo. Capt. 4. 2. ℣. 68. *Adæque fortunatior.* Et, *æquè melius.* Capt. 3. 5. ℣. 42.

Adagiũ. Amph. Sc. *DI vostr.* ℣. 40.

Adaxint, adegerint. Aul. 1. 1. ℣. 11. Vide Festum Pompeium.

Adbibere sermonem; tralatitiâ formâ, & nostro vsitatâ. Mil. 3. 3. ℣. 10. Sic Asin. 3. 3. ℣. 59. *Deuorare dicta.* Most. 1. 5. 1. ℣. 15. *Gustare sermonem.* Stich. 2. 3. ℣. 57. Ac sapit Græcismum.

Adbitere, aduentare. Ἐπαίνως: Capt. 3. 4. ℣. 72. Vide etiam *Bitere* & *Perbitere*.

Addecet. Amph. 3. 4. ℣. 21. Cas. 2. 2. ℣. 26. Bacch. 1. 2. ℣. 10. Pseud. 1. 5. ℣. 156. Most. 4. 2. ℣. 21. Merc. 2. 3. ℣. 80. Pœn. 1. 2. ℣. 115. Rud. 1. 2. ℣. 27. Rud. 5. 3. ℣. 36. Stich. 4. 1. ℣. 14. Trin. 1. 2. ℣. 41.

Addere, pro, *apponere.* Aul. 3. 6. ℣. 20. Horat. lib. 3. Od. 4. *Nequitiæ additus custos.* Cicero: *Custodem Tullio me apponito.* Vide etiam Seruium ad lib. 6. Æneid. Virg. ℣. 90. vbi *addere* significat *malum dare, & infestum esse.* Interdum etiam de verberibus frequentatur. Liuius de supplicio Taureæ Campani: *Addevirgas viro forti.*

Addere verbum. Trin. 2. 4. ℣. 63.

Addicere. Verbum augurale est. Capt. 1. 2. ℣. 78. *Meis me addicam legibus*: h. e. meo modo & conditione vtar. Nonius: *Addictum est quasi devotum, & obnoxium.* Cicero Tusc. II. *Certis quibusdam destinatisq; sententiis addicti, consecrati sunt.*

Addicere: vendere. Pœn. 2. 1. ℣. 50. Est autem propriũ Prætoris, rẽ alicui, vt eius fiat, pro potestate at-

re atribuentis, Capt. 1.2. ϒ.78. Merc.3.4.ϒ.31.Pœn.1.1.ϒ.58.& 3.1.ϒ.61.&5.6.ϒ.4.24.Vide Lexica Iurisconsultorum, in primis Ioannis Caluini: & Passer.ad Prop.III.Eleg.11.

Addicti, fuerunt, qui cum non essent soluendo, creditoribus addicebantur: nec seruitute eorum liberabantur, nisi debitis quocumq; modo persolutis. Bacch.5.2.ϒ.86.Vide Agellium lib.20.cap.1. & Forum Romanum Polleti.

Addictum tenere: in iudiciis. Pœn. 3.4.ϒ.10.&5.6.ϒ.24.&4.2.ϒ.11. *Addictum habere.*

Adduce: Pœn.1.3.ϒ.15.&5.3.ϒ.50. Pers.3.3.ϒ.34. Stich.1.2.ϒ.94. Truc.2.6.ϒ.52.60.

Adducere & *adferre* distinguuntur. Pseud.1.4.ϒ.21.

Adducere proprie est puellam alicui conciliare. Mil.3.1.ϒ.195. Tibull.lib.1.Eleg.6.ϒ.59. *Hæc mihi te adducit tenebris.* Inde *Adductrices* conciliatrices stupri.

Adducere ad: Asin.5.2.ϒ.65. Pseud 3.2.ϒ.78.

Adduciturus. Truc.1.2 ϒ.30.

Adducere. pro, *Obducere*: est aliquem contraducere, qui alteri aduersetur: fumum scilicet, hoc est, dolorem æmuli, seu competitoris sui oculis concinnaturus. Asin. 1.1.ϒ.73. *Dotalem seruum adduxit.* Rud.4.4.ϒ.3. *Quæ me pellices adduxe dicet ante oculos suos.* Sic Ouid.in Heroid. *Ante meos oculos adducitur aduena pellex.* Et Cicero ad Attic.I. *Vt mihi videatur, non esse ἀδύνατον Curium adducere.* Vide etiam *Obducere.*

Adeò variè & eleganter à Plauto vsurpatur. Bud.5.3.ϒ.64. Stich. 2.1.ϒ.21.59. Pœn.1.2.ϒ.57. & 3.5.ϒ.37.& Stich.1.1.ϒ.12.& 5.2.ϒ.16.&5.4.v.15. Pœn.4.2. ϒ.38.Pœn.3.3.ϒ.28.Rud.5.3.ϒ. 32.Merc.2.3.ϒ.60.Trin.1.2.ϒ. 144.166.Truc.Prol.ϒ.21.&2.2. ϒ.12.34.&2.4.ϒ.6.&2.1.ϒ.6. 4.2.ϒ.52.&4.3.ϒ.1.&4.3.ϒ.74.

Amplificat sententiam, & significat *Etiam*. Pseud.4.7.ϒ.3. Cas. Prol.ϒ.77.Bacch.4.9.ϒ. 44.&5.1.v.17. Videtur quoq; παρέλκειν. Pseud.1.2.ϒ.51.57. &1.4.ϒ.5.&3.2.ϒ.66.Cas.2. 6.ϒ.15.&3.3.ϒ.6. Men.Prol. ϒ.21.&1.2.ϒ.11.14.&2.2.ϒ. 22.&4.2.ϒ.32.&5.2.ϒ.18. 75. Amph.1.1.ϒ.97.Curc.5. 3.ϒ.37.Epid.2.2.ϒ.32.Merc. Prol.ϒ.26.&5.2.ϒ.18.&5. 4.ϒ.33.58.Mil.2.5.ϒ.28.& 4.4.ϒ.55.Rud.Prol.ϒ.21. &1.1.ϒ.15.&4.4.ϒ.123.& 4.5.ϒ.9.Bacch.2.3.ϒ.49. Trin.4.2.ϒ.73. Epid.2.1. ϒ.8.

Notat illationem. Amph.1.2.ϒ. 6.&2.2.ϒ.46.&3.3.ϒ.28. Merc.2.1.ϒ.10. Epid.5.2. ϒ.19.

Ornat Pseud.1 2.ϒ.80.

Innuit causã impulsiuã. Aul.3.2 ϒ.27.Curc.5.3.ϒ.2. Bacch. *Grex.*ϒ.3.Cas.3.2.ϒ.4 Aul. 2.4ϒ.12.Capt.4.2.ϒ.44.Asin.2.3.ϒ.23.&3.1.ϒ.19

Causam finalem indicat. Amph. 3.2.ϒ.71.Aul.4.10.ϒ.9.

Comparatè vsurpatur. Amph.5. 2.ϒ.4.Asin.4.1.ϒ.23. Curc. 2.3.ϒ.54.Cas.4.3.ϒ.4.

Notat circumstantiam temporis. Cist.1.2.ϒ.5.& 2.3. ϒ.40.

Adeò

Adeò elegantiâ prorsus ἀναυδμῳ vsurpatur. Merc. 5. 4. ℣. 64.

Adeò, initio posita, valet idem quod, *quin etiam: imò, quod plus est.* Most. 3. 1. ℣. 96.

Adeò pro *autem, quidem, porro.* Most. 2. 2. ℣. 46.

Adeò continuationem orationis notat. Epid. 1. 1. ℣. 51.

Adeousq; dum; eò vsq; dũ. Amph. 1. 1. ℣. 10. Asin. 2. 2. ℣. 62.

Adeò, pro, igitur. Nam vim illatiuã habet. Merc. 2. 2. ℣. 57. Mil. 2. 2. ℣. 4. Pseud. 1. 2. ℣. 51. Rud. 3. 4. ℣. 23. 26. Alia loca paulo ante citata, inspice & confer.

Adeò, vt ne. Mil. 2. 2. ℣. 9.

Adeò, vt: pro, *eo modo, quo modo.* Epid. 4. 1. ℣. 38. 39. Trin. 1. 2. ℣. 104.

Adeò donec. Pseud. 4. 7. ℣. 72.

Adeò, pro, *certò.* Bacch. 4. 7. ℣. 31.

Adeò, vsq; vt. Bacch. 3. 4. ℣. 11.

Adeò dum: vsq; eo dum. Merc. Prol. ℣. 78.

Ademsit pro ademerit. Epid. 3. 2. ℣. 27.

Adesse ad exercitũ. Amph. 1. 3. ℣. 6.

Adesse domi: pro, *esse.* Epid. 5. 1. ℣. 57. Sic τὸ *Adesse* vsurpatur Epid. 1. 1. ℣. 7. *Exemplum adesse intelligo.* Non aliter Quintilianus lib. 1. cap. 2. *Sed domi quoq; adsunt eius rei exempla.* ita Mss. Pall. Vulgò: *sunt multa eius rei exempla.* Cicero de Finibus; *Aderant morbi vesica & viscerum.* Tacitus lib. XV. Annal. *Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies.*

Adesse: fauere. Pœn. Prol. ℣. 127.

Adesurire. Trin. 1. 2. ℣. 132.

Adhibere, & abstinere. Trin. 2. 1. ℣. 30. Legitur tamen ibi à nonnullis; *adhibendus & abstinendus:* sed contra libb. Mss.

Compingere in carcerem. Men. 5.5. ¥.39. Amph.1.1.¥.3

Compingere in nauem. Mil.2.1.¥.34.

Compingere in angustiũ locum. Rud. 4.4.¥.103.

Compingere in oculos. Men. 4. 3. ¥.17.

Complacitum est. Rud.1.3.¥.3.

Complecti: amplecti. Mil.2.6.¥.53. & 4.8.¥.19.& Truc. 2.4. ¥.19. Men. 5.9.¥.65.

Complexus: ûs, ui. Asin.3.3.¥.53.

Complexus; παρπικῶς. Amph.1.1.¥. 134. Asin.3.3.¥.50.52. à *complecto*, cuius simplex est *plecto*: proinde vti ab *Implecto* dicitur *implexus* Lucret.IV. 1186. *Qua complexa viri corpus cum corpore iungit*: Et, *implexus validis Veneris complexibus hæret.* Sic quoque vsurpat Cicero pro Rosc. Amerino, de parricidio: *in quo scelera omnia alia complexa videantur.*

Complexum contrectare mulierem. Pœn.3.3.¥ 84.

Complere: cum gignẽdi casu. Amph. 1.2.¥.8. *erroris.* 4. 1. ¥.8. *stupri.* Men.5.5.¥.3. *flagitij & formidinis.* Vide *Implere.*

Complere: de saturitate. Cist. 1.2. ¥.5.

Compluries. Persa.4.3.¥.65.

Compluscŭli dies. Rud.1.2.¥.43.

Componere capillum: anxie curare, ornare. Most.1.3.¥.96.

Componere; sedare. Curc.5.3.¥.23. Virgil. *Non nostrum inter vos tãtas componere lites.*

Componere: præparare. Mil. 4. 7. ¥.21.

Composita est fallacia. Pœn. 3. 5. ¥.29.

compos libertatis: h.e. liber. Capt. Prol. ℣. 41.

compos patriæ. h.e. redux in patriam, Capt. 3. 4. ℣. 89.

compos culpæ: affinis. Truc. 4. 3. ℣. 61.

compos miseriarum mulier; quæ multas miserias consecuta fuerit. Epid. 4. 1. ℣. 32.

compotiri; compotem facere. Rud. 1. 3. ℣. 22. & 4. 2. ℣. 6.

comprecari: erat molâ salsâ, aut thure deuenerari; *h. e.* deprecari somnia, pacemq; ac veniam à prodigiali Ioue, Diisq; Auerruncis, h. e. malorum depulsoribus nullo non suppliciorum ac piamentorum genere exambire. Amph. 2. 2. ℣. 106. Mil. 2. 4. ℣. 41. Vide Philos. Plaut. Tit. *somniorum.*

compressa virgo. Truc. Arg. ℣. 9.

compressiones arctæ amatum. Pseud. 1. 1. ℣. 64.

compressor; est stuprator. Aul. Arg. 1. ℣. 7.

compressus, ûs, ui. Epid. 4. 1. ℣. 15. Truc. 2. 6. ℣. 18.

comprimere. Ambiguo & obscœno sensu: quandoque vsurpatur à Plauto etiam pro λεσβιάζειν. Amph. 1. 1. ℣. 191. Asin. 2. 2. ℣. 26. Truc. 2. 2. ℣. 7. Cas. 2. 6. ℣. 10. Rud. 4. 4. ℣. 20. 29. 31. 81. Epi. 4. 1. ℣. 13. & Arg. ℣. 5. Aul. Prol. ℣. 29. & 4. 7. ℣. 8. Cist. 1. 3. ℣. 10. 14. & 2. 3. ℣. 72.

comprimere iram. Truc. 2. 2. ℣. 8.

comprimere puellam. Cistell. Arg. ℣. 1.

comprimere dentes, vocem, orationem. Pseud. 3. 1. ℣. 21. 22. & 1. 4. ℣. 16.

communitare prouinciam: quod sui est officij sedulo curare. Trin. 1. 2. ℣. 153.

communicare aliquem mensâ. Mil. 1. 1. ℣. 51.

commutare: Mutare. Mil. 2. 3. ℣. 56.

commutare; permutare. Trin. 1. 2. ℣. 21. Pseud. 5. 1. ℣. 34.

comprimit: reprimit, impedit. Merc. 2. 3. ℣. 6.

comprimi ad silentium. Rud. 5. 2. ℣. 46.

comprimi: pro, *temperare sibi*. Most. 1. 3. ℣. 46.

computare rationem. Mil. 2. 2. ℣. 49.

conata: παθητικῶς. Merc. Prol. ℣. 39. Ita ibi omnes codd. Mss. Accius: *Ego incipio; conata exequar.*

concalere. Pers. 1. 3. ℣. 8.

concastigare. Bacch. 5. 2. ℣. 56.

concastigare probè. Bacch. 3. 3. ℣. 94. Trin. 1. 1. ℣. 4.

concatenatus. Capt. 2. 1. ℣. 9.

concedere alicui: pro, ex conspectu alicuius secedere. Epid. 5. 2. ℣. 16.

concedere; ire. Men. 5. 9. ℣. 27. Bacch. 4. 2. ℣. 28.

concedere: cedere. Capt. 2. 1. ℣. 19.

concedere; est quiescendi aut consistendi gratiâ in locũ quempiã secedere. Merc. 5. 2. ℣. 21. Amph. 3. 4. ℣. 1. Curc. 2. 1. ℣. 81. Most. 2. 1. ℣. 81.

concedere pro *cedere*. Cas. 2. 4. ℣. 15. Amph. 1. 1. ℣. 119. Asin. 3. 3. ℣. 56.

concedere ab aliquo. Pers. 1. 1. ℣. 51.

concedere aliquò: sensim cedere. Men. 1. 2. ℣. 48. & 5. 2. ℣. 70. Most. 3. 1. ℣. 44. 153. Pseud. 1. 4. ℣. 21. & 1. 5. ℣. 158. Trin. 2. 4. ℣. 116. & 4. 2. ℣. 65.

concedere: largiri, ignoscere. Cas. 2. 3. ℣. 47.

concedere hic ad &c. Aul. 4. 5. ℣. 6.

concedi; pro, *cedere*. Capt. 3. 4. ℣. 25.

concelebrare. Asin. 2. 2. ℣. 45. Cas. 4. 3. ℣. 2.

Concelebrare diem natalem. Pseud. 1.2.ỳ.32.

Concenturiare: est colligere; dictum à centuriis, quæ ad suffragia conueniebãt. Pseud. 1.5.ỳ.159. Trin. 4.2.ỳ.160. Cicero ad Att. *Brutus centuriat Capuæ.* Vide & *Succenturiare.*

Conceptis verbis iurare, est alio præeunte & iusiurandum verbis certâ comprensis formulâ dictante, iurare. quæ talis erat; Ex animi mei sententiâ iuro. Et dicitur ad discrimen eius iurisiurandi quod sermoni nostro crebrò inteximus, *Me hercule: Ita me Iup. amet: Edepol:* &c. aut vltrò sponteque sacramentum fidei aut asseuerationis religiosæ addimus. Verbis enim conceptis iuratur, hoc est, verbis certâ comprehensis formulâ. Nam *concipere* comprehendere est. Hoc iusiurandum multò religiosius erat, quàm reliqua. Huius generis erat & *Præiuratio*, cum quis ante cõceptis verbis iurabat, post quem alter in eadem verba iurans, tãtummodò dicebat, *Idem in me.* Huic igitur Præiurationi, quæ species est iurisiurandi conceptis verbis, addebatur, vt apparet, *Exsecratio.* Eam enim verbum *Idem in me* continet. Quale hoc est apud Sallust. in Catill. *Cùm ad iusiurandum populares coniuratos adigeret, humani corporis sanguinem pateris circumtulisse; Inde cùm post exsecrationem omnes degustassent.* Plautus Asin. 3.2. ỳ.16. Cistell. 1.1. ỳ.100. Bacch. 4.9. ỳ.105. Mercat. 4.4. ỳ.50. Pseud. 1.3. ỳ.118. Truc. 4.2. ỳ.54. & 4.5. ỳ.5. Cicero lib. 3. offic. *Non enim falsum iurare, periurare est: sed quod ex animi tui sententia est, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est.* Petron. Arbiter; *Tetigit puer oculos suos, conceptissimisq; verbis iurauit.* Vide amplius Lex. Iuridicum Caluini in *Iurari conceptis verbis.*

Concessare: cessare. Pœn. 1.2. ỳ.9.

Concha; De naturâ muliebri. Rud. 3.3. ỳ.42. Græcis marinæ conchæ dictæ χοιρίναι, porcinæ. Porcus autem & χοῖρος inter verba nequitiæ Aristoph. Acarnan. Vide Macrob. lib. 1. c. 6. Saturn.

Conchæ. Rud. 2.1. ỳ.8.15.

Conchita: piscatores, qui conchas capiunt. Rud. 2.2. ỳ.5.

Concidere in cursu. Epid. 2.2. ỳ.16.

Conciére. Merc. 5.2. ỳ.36. Trin. 2.3. ỳ.8.

Conciet turbas. Amph. 1.2. ỳ.14.

Conciliare; emere. Epid. 3.4. ỳ.40. & 5.1. ỳ.47. *Conciliare pulcre*; vili emere. Pseud. 1.2. ỳ.1. Terent. Eun. 4.4. *Fugitiue prodi, male conciliate.* Vbi Donatus: *Emte.* nam omnis conuentio conciliatio dicitur. Sic Capt. 1.2. ỳ.59. *Reconciliassere*, pro redimere. Contrarium est *male conciliare*; care & magno pretio emere.

Conciliare: de nuptiis proprium verbum. Trin. 2.2. ỳ.105. *Conciliator*; qui cõciliat nuptias, quique interpres est amorum & internuncius, & amoris fœdera sancit, & percutit; vti explicat Turnebus lib. 11. cap. 25. & Mercerus ad Nonium in, *Saga.*

Conciliare affinitatem. Trin. 2.4. ỳ.42.

Conciliare ad aliquem. Mil. 3.1. ỳ.203. Mirifica syntaxi.

Conciliare: pro, *impetrare, parare,*

comparare. Most.5.2.¥.6.

Conciliare pacem à patre eius. Pœn. 3.3.¥.24. Mil.4.3.¥.13. Pers.4.3. ¥.69.Cicero lib.XII. *Mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda.*

*Conciliari:*moueri,reddi. Capt.1.2. ¥.22.

Conciliabulum pro ganeis meretricum, vbi meretrices & amatores conciliantur. Vnde *mulieres conciliatrices.*Bacch.1.1.¥.47.

Conciliabulum damni. Vox est Ciceronis & Liuii. Trin.2.2.¥.33.

Conciliatrix ancilla. Mil.5.1.¥.17. Sic in lenocinij rebus vsurpatur à Petronio & aliis verbum *Conciliare.*

*Concilium.*Bacch.1.1.¥.6.

Concilium: pro cœtu, congressu. Cist.4.2.¥.33.Mil.2.2.¥.94.

Concilium Senatûs.Mil.3.1.¥.3.

Concilium inire: coire. Capt. 3. 1. ¥.33.

*Cocinnare;*apparare, παρασκευάζειν. Men.1.1.¥.26.Stich.2.2.¥.13.

*Concinnare liuorem scapulis.*Truc.4. 3.¥.19.

Concinnare : fullonium verbum. Men.3.2.¥.2.

*Concinnare:*pro,efficere. Amph.1.3. ¥.31.& 2.2.¥.96.Sic Græci vsurpant suum ποιεῖσθαι καὶ κτᾶσθαι, pro ποιῆσαι. Vide Herald. Animad. cap.2. pag.143.

*Concinnare:*facere,præparare,aptare.Asin.1.3.¥.64.Capt.3.4.¥.68. & 4.2.¥.38.Rud.1.2.¥.8.

Concinnare ; reddere. Trin. 3. 2. ¥.58.

*Cocinnare.*reparare. Men.5.1.¥.33.

*Concinnè.*Epid.2.2.¥.38.

*Concinnum alicui.*Mil.4.2.¥.33.

*Concio media.*Men.3.1.¥.3.

*Concipere oculis.*Pœn.1.2.¥.65.

*Concipilare offatim:*corripere,inuolare.*Festus.* Vbi videScalig.Truc. 2.7.¥.60.

Concire; concitare. Merc. 4. 4. ¥.56.

*Concire malum.*Men.5.5.¥.4.Pers.5 2.¥.7.

*Concisus pugnis.*Amph.Scen.*Di vostram.*¥.9.

*Conclamare:clamare.*Mil.2.2.¥.22.

Cõclamare auctionem per præconem. Men.5.9.¥.94.

*Conclamare:*pro *increpare,inclamare;*vti nonnulli hoc loco legunt. Cist.1.1. ¥. 1. ἐπιτιμᾶν Græcis.

Conclamitare. Merc.Prol.¥.51.

*conclauia.*Most.3.2.¥.160.

*concliniſco;*inclino.Cist.4.1.¥.5.&4. 2.¥.33. Sic enim legunt & hic & in Nonio miracula illa doctorum virorum *Auratus* & *Bosius.* Alii *conquiniſco* malunt: quemadmodum & habet Mss. Palat. primus & quartus:vt & Pseud. 3. 2.¥.75. Vbi Mss. Pal. Nonij ita versum istum producit: *Si conquiniſcet istic, ceueto ſimul.* Vide Animaduersiones nostras,&supr. Ceuere.

*concludere in vincula.*Rud.3.1.¥.18.

concluſos habere amicos intra dentes. Trin.4.2.¥.64.

*concomitari.*Mil.4.3.¥.10.

*concoquere ſe.*Trin.2.1.¥.2.*Me concoquo,& macero,& defatigo.*

*concordior.*Aul.3.5.¥.7.

concorditer congruere. Curc. 2. 2. ¥.14.

concredere. Asin.1.1. ¥.66. Aul. Prolog.¥.6.&4.2.¥.9.Menæch. 5.1.¥.2 Rud.4.4.¥.83. Pers.3.3. ¥.36.Trin.1.2.¥.104.107. & 4. 2.¥.115.

concre-

concredere. Germ. Vertrawen. Bacch. 4.9.¥.141.

concredere in custodelam, Mercat. 2. 1.¥.9.

concredui, ἀρχαϊκῶς. pro, *concredidi*. Cas. 2.8.¥.45.

concreditum est. Pœn. 4.2.¥.104.

concreduo: ἀρχαϊκῶς. Aul. 3.6.¥. 48.

concrepuit foris. Mil. 2. 1. ¥.76.

concrepare: absolutè. Bacch. 2.2.¥. 56.

concrepare; de ostio. Bacch. 4. 2.¥. 28, Men. 2, 2.¥ 73, & 3.2.¥.57.

concriminari aduersum aliquem. Mil. 2.2.¥.87.

concubina, Epid, 3.4.¥,34, Mil, 2.1. ¥.60. Pœn, Prol.¥.102. Trin. 3, 2. ¥, 64.

concubina herilis Mil. 2.3. ¥.66. & 2.5.¥.6. & 2.6.¥.68.

concubina scita. Merc. 4.4.¥.17.

concubina dotata. Stich. 4, 1.¥. 56.

concubina. Pœn. 5.1.¥.12.

concubium noctis: quando faces accenduntur post vesperam. Trin. 4.2.¥.44.

concurare: diligenter curare. Bacch. 1.2.¥.23.

concustodio. Aul. 4.9.¥.14.

condalium, condulus, & condalus: annuli genus, quem serui digitis gesserunt. ἀπὸ τοῦ κονδύλου, à digitorum articulis. Trin. 4.3.¥.7. & 4.3.¥.15.

condecet, Amph. Sc. *DI vostram*. ¥. 11. & 2.2.¥.90. Aul. 4.1.¥.4. Cas. 3.5.¥.24. Truc. 2.1.¥.16.

cõdere intrò, Pseud, 1.3.¥.119. Truc. 5.1.¥.28.

condere in pistrinum. Pseud. 1. 5. ¥.120. (¥.15.

condicere ad cœnam foras, Men. 1.2.

condicere in symbolam ad cœnam: est vltrò se offerentium ad cœna. Germ. sich selber zu gast laden.

Stich. 3.1.¥.28. Cicero absolutè effert lib. 1. Epist. F. epist. 9. Suet. Claudio cap. 21. *Velut ad subitam condictamque cœnulam inuitare se populum dixerat*.

Condictus dies: status, denuntiatus. Curc 1.1.¥.5.

Condidici, consueui. Curc. 1.3.¥.4. & 4.3.¥.2. *Discere* pro *solere*. Curc. 4.3.¥.2. Pseud. 4.1.¥.35.

Condignè. Capt. 1.1.¥.39. Bacch. 3, 2.¥.8 Menæch. 5.5.¥.8. *Pœn*. 2.1. ¥.17.

condignum donum. Amph. 1.3.¥.39.

condignus aliquo. Mil. 2.6.¥. 25.

condimentum. Pœn. 5.6.¥.33.

condimentum arumnæ. Rud. 2, 3, ¥. 71.

condimentum sapienti est ætas, & cibus. Trin. 2.2.¥.87.

condire cœnam. Pseud, 3,2. ¥. 21.

condita prata. Ibid. ¥. 22.

condiscere. Pœn, 3.1.¥.10.

conditio; idem est, quod *coniugium*, vel id, propter quod coniuges ducuntur, vel tractatus, qui præcedit nuptias. Sic ferè semper vsurpatur apud Plautum. Aulul. 2.2.¥.60. & 3.5.¥.1. Stich. 1.1.¥.43. & 1. 2.¥.61, 81. Trinum, 1.2.¥.122. & 2.4. ¥. 54. 87. 100. Truc. 4.3.¥.75. Et passim apud alios authores. Terent. And. 1.1. ¥.52. - *accepit conditionẽ*. Phorm. 4.1.¥.13. *Hanc conditionem si cui tulero extrario*. Martialis lib. 3. Ep. 33. Sueton. Claud. cap. 26. Aug. cap. 63. 69. Iul. 28. Claud. 26. Galb. 5. Liuius: *Conditionem filiæ quærere*. Curtius lib. 4. *Optimum regnum occupari potest conditione*, hoc est, nuptiis, non bello. Apuleius l. 11. Florid. *Hipparche conditionem accipit*. Martial. lib. 5. Epigr. 17.

Dum

Dum proauos atauosq; refers, & nomina magna,
Dum tibi noster eques sordida conditio est.
Ita Gaius in renuntiatione sponsaliorum hæc verba probata esse scribit, *conditione tua non vtor.* vide etiam l. vltim. ff. de sponsal. l. 19. & l. 36. ff. de ritu nupt. l. vlt. ff. de prox. l. 65. ff. de iud. l. 18. C. de nupt. Cicero Læl. c. 10. *contentione vel vxoria conditionis.*

Conditio primaria. Stich. 1. 2. ℣. 81.

Conditio luculenta. Mil. 4. 1. ℣. 6. Rud. 5. 3. ℣. 51. 61.

conditiones; pro modis. Bacch. 4. 9. ℣. 118.

conditiones confragosæ: perplexæ. Men. 4. 2. ℣. 24.

conditiones tortæ: violentæ, perplexæ. Men. 4. 2. ℣. 25.

conditum, comparatum, inuentum, Rud. 5. 2. ℣. 18.

condocta dicta ad fallaciam. Pœn. 3. 2. ℣. 3.

condoluit caput de vento. Truc. 2. 8. ℣. 2.

condonare; donare. Men. 4. 2. ℣. 93.

condonare aliquem. Bacch. 5. 2. ℣. 24. Rud. 5. 3. ℣. 12. Pers. 5. 2. ℣. 30. Affranius: *Id aurum me condonat.* Ter. Phorm. 5. 7. ℣. 57. *Argentum quod habes, condonamus tibi.*

condono; pro, dono. Amph. 1. 3. ℣. 38. Rud. 4. 4. ℣. 26.

condormire: vnà dormire. Most. 2. 2. ℣. 55.

condormiscere. Curc. 2. 3. ℣. 81. Mil. 3. 2. ℣ 13. Rud. 2. 7. ℣. 13.

conducere. Pseud. 3. 2. ℣. 10. 15. 61.

conducere ædes. Merc. 3. 2. ℣. 17.

conducere; emere. *Non.* Aul. 3. 6. ℣. 30.

conducere aliquem. Trin. 4. 2. ℣. 11. *conductor.* ℣. 14. 24.

conducere annum totum. Germ. Vff ein gantzes Jahr beſtehen. Bacch. 5. 1. ℣. 11.

conducibile. Cist. 1. 1. ℣. 80. Epid. 2. 2. ℣. 71. 76. & 3. 3. ℣. 11. Bacch. 1. 1. ℣. 18. Trin. 1. 1. ℣. 2. 14.

conduci aliqua re. h. e. pretio persoluto aliquid facere. Asin. 5. 2. ℣. 37.

conducier. Merc. 3. 4. ℣. 78.

conductitia puella. Epid. Arg. 1. ℣. 2.

conductores dicuntur ii, qui ludos exhibent, & qui histrionum operam conduxerunt. Asin. Prol. ℣. 3.

conduplicare corpora; lasciuè amantium. Pseud. 5. 1. ℣. 18. Pœn. 5. 5. ℣. 18.

conduplicatio; de suauiis & amplexu. Pœn. 5. 5. ℣. 18.

conducs promus. Pseud. 2. 2. ℣. 14.

confabulari. Cist. 4. 2. ℣. 77. Merc. 1. 2. ℣. 76. & 3. 3. ℣. 10.

conferre culpam in aliquem. Amph. 2. 2. ℣. 156.

conferre; de eleemosynis. Curc. 5. 3. ℣. 7.

confere dona. Men. 1. 2. ℣. 20.

conferre gradum, ferre pedem, properare; συνάπτω μοι videntur. Men. 3. 3. ℣. 30. Pseud. 2. 4. ℣. 17.

conferre pedem. Mil. 2. 2. ℣. 14.

conferre rem in pauca. Pœn. 5. 4. ℣. 52.

conferre in pauca, pauciſſima verba. Men. Prolog. ℣. 6. Pseud. 1. 3. ℣. 41. Pers. 4. 4. ℣. 110.

conferre; colloqui. Rud. 2. 3. ℣. 8.

conferri dicitur *nauis* agitata alteri naui, vt concurrant scil. ac mutuò impingant. Bacch. 4. 6. ℣. 27.

confessis omnibus reus es. Truc. 2. 7. ℣. 57.

confe-

confestim. Trin. 3. 3. ℣. 69.

confexim; confecerim. Truc. 4. 4. ℣. 39. Sic *Effexis*. Pœn. 1. 3. ℣. 19.

conficere, pro, *facere*. Most. 2. 2. ℣. 97.

conficere offatim. Truc. 2. 7. ℣. 51.

conficere res: pro, *perdere*. Captiu. 3. 5. ℣. 15. Sic Terent. dixit; *Conficere argentum*; & Cicero, *patrimonium conficere*. Vide exempla apud Passerat. ad Catull. 66. pag. 71.

conficere: interimere. Pseud. 1. 5. ℣. 49. *conficiet te verbis*.

Confido: credo. Stich. 3. 2. ℣. 1.

Confidere: confidentem & temerarium esse. Pseud. 4. 7. ℣. 107.

Coufidentiloquius. Trin. 1. 2. ℣. 164.

Confidens; impudens. Pers. 2. 4. ℣. 14.

Confidens falsidicus. Trin. 3. 3. ℣. 40.

Confidentem facere facilius. Mercat. 5. 2. ℣. 14.

Confidentia est: confidens factum. Pseud. 2. 4. ℣. 73.

Confidentia: pro, fiducia. *Nō.* Amph. 5. 1. ℣. 2. Asin. 3. 2. ℣. 3. Cic. 3. Tusc. *Confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur.*

Confidentia: pro, audacia. Most 2. 1. ℣. 3.

Confidentiam sumere ir ventrem: Mira phrasi de parasitis. Capt. 4. 2. ℣. 25. 32. Sic Propert. lib. 2. Eleg. 17. *Sumere & in nostras trita venena manus.* Cicero Tusc. II. *Epicurum & Metrodorum nemo ferè præter suos in manum sumit.*

Confieri: συμβαίνειν. Trin. 2. 4. ℣. 7. Rud. 4. 3. ℣. 96. Terent. Andr. 5. 8. ℣. 23. *Confit quod volo*; hoc est, *conficitur*. Cicero lib. 9. ad Att. & Cæsar: itemque lib. 4. Æneid. aliique. Vide Lexic. Lucret.

Confingere. Merc. Arg. ℣. 4.

Confirmare animum; in animum inducere. Aul. 2. 7. ℣. 1.

Confirmitas. Mil. 2. 2. ℣. 34.

Conflare ignem. Rud. 3. 4. ℣. 59.

Confossiorem aliquem reddere soricinâ naniâ. hoc est, magis confossum quam intestinum soricinum, cum sorex in muscipula deprehensus certa machinatione confoditur. Bacch. 4. 8. ℣. 48. Vide Scal. ad Festum *in Nania*. pag. 100. & eiusdem Coniectanea ad Varronem, pag. 142.

Confragosum, asperum, impeditum. Cist. 2. 1. ℣. 70.

Confragosa conditiones: perplexæ. Men. 4. 2. ℣. 25.

Confricare genua. Asin. 3. 3. ℣. 80.

Confringere nauem. Rud. 1. 2. ℣. 64.

Confringere rem. Trin. 2. 2. ℣. 55.

Confulgere. Amph. 5. 1. ℣. 15. 44. Vide Lexic. Lucret. *Fulgere.*

Confutare. Truc. 2. 3. ℣. 28.

Confuturum: à Confieri. Vsitatum verbum Lucretio & Virgilio. Mil. 3. 3. ℣. 66.

Cōgeminare: geminum fieri. Amph. 2. 2. ℣. 154.

Congeminatio; de amplexu. Pœn. 5. 5. ℣. 18.

Conger: piscis. Aul. 2. 9. ℣. 2. Mil. 3. 1. ℣. 164. Pers. 1. 3. ℣. 30.

congerere: de nidamentis auium. Rud. 3. 6. ℣. 51. Virg. Eclog. 3.

---Aeria quo congessere palumbes.

congerere herbas in suum sinum. Pseud. 3. 2. ℣. 34.

congerere epulas. Trin. 2. 4. ℣. 70. 71.

congerones: geruli, à congerendo. Truc. 1. 2. ℣. 6.

congerro. Pers. 1. 3. ℣. 9. collusor est, qui eadem exercet nugas.

congerrones dicuntur familiares, cū quibus familiariter nugari solemus. Most. 3. 3. ℣. 27. *Truc. 2, 2, 6.*

conger-

congerronum senatus. Most. 5. 1. ℣. 8.

congius: mensura est, sex sextarios continens. Aul. 4. 2. ℣. 15.

congliscit genus. Trin. 3. 2. ℣. 52. *concrescit:* Nam *gliscere* apud Lucret. est *crescere.* Vide Lexic. Lucret.

conglutinare dolos: consuere. Bacch. 4. 4. ℣. 42.

congracare; Græcorum in morem potando absumere. Bacch. 4. 4. ℣.

congratulari. Men. 1. 2. ℣. 20. (91.

Congredi aliquem: pro, ad aliquem adgredi; sicut *colloqui aliquem.* Epid. 4. 1. ℣. 19.

Congredi aliquem. Amph. Sc. *DI vostram.* ℣. 35.

Congredi: ad aliquem aggredi, colloqui, alloqui. Most. 3. 2. ℣. 97. Pœn. 1. 1. ℣. 15. Curc. 2. 1. ℣. 19.

Congredi: absolutè, pro *accedere.* Epid. 4. 1. ℣. 16.

Congredi cum aliquo. Pseud. 2. 1. ℣. 6.

Congreditor: penultim. lõga. Bacch. 4. 9. ℣. 56.

Congruere concorditer. Curc. 2. 2. ℣. 14.

Congruus sermo. Mil. 4 3. ℣. 23.

Conia; pro *ciconia* Prœnestinis. Truc. 3. 2. ℣. 23.

Coniector: est μάντις, vates, interpres somniorum Amph. 5. 1. ℣. 76.

Coniector somniorũ. Curc. 2. 1. ℣. 34.

Coniectrix: quæ interpretatur significationẽ somniorũ. Mil. 3. 1. ℣. 98

Coniecturâ reperire. Trin. 4. 2. ℣. 76.

Coniecturam facere. Men. 1, 2. ℣. 54.

Coniecturam facere, conijcere somnium. Curc. 2. 1. ℣. 31.

Coniecturam domi facere. Cist. 2. 1. ℣. 2. Cas. 2. 3 ℣. 8.

Coniicere se in saginam. Trin. 3. 2. ℣. 96. Vide *Sagina.*

Coniicere pallium in collum: pro, *colligere pall.* Capt. 4. 1. ℣. 9. & 4. 2. ℣. 9.

coniicere somnium. Curc. 2. 2. ℣. 3.

coniunctus: de affinitate matrimoniali. Aul. 2. 2. ℣. 52.

coniurare cum aliquo. Merc. 3. 1. ℣. 38.

coniuratim: Aduerbium elegans. Sic enim habent Mss. Schob. Asin. 2. 2. ℣. 52.

conlibitum est. Cist. 1. 2. ℣. 6.

conniti. Mil. 1. 1. ℣. 29.

conniueo: connisi. ἐρρωϊκῶς; pro, *connixi.* Men. 4. 3. ℣. 12.

conniuere: minus est, quam, *dormire.* Most. 3. 2. ℣. 144. Vide Miscell. Polit. cap. 66.

conniuere somnium. Amphitr. 2. 2. ℣. 106.

conqueri cum aliquo aliquem. Mil. 2. 1. ℣. 47.

conquiniscо. Vide supr. *Conclinisco.*

conquisitores. Merc. 3. 4. ℣. 80.

conquisitores sunt exploratores, speculatores, auricularii, &, vt Glossæ habẽt εὐπτικτῆρες. Plaut. Amph. Prol. ℣. 65. Ciceroni *conquisitores* sunt ii, qui colligendis militibus, & delectui habendo præpositi sunt. Pro Milone: *Si Italiæ dilectus, vt nonnulli conquisitores tui dictitant, contra Milonem armatus est,* &c.

consanguinei. Pœn. 5. 2. ℣. 77.

conscribillare. Menæch. 5. 7. ℣. 30. Sic Pseud. 1. 5. ℣. 131. *Quasi in libro cum scribuntur calamo littera, stylus me totum vlmeis conscribito.* Seruius in 1. Æn. citat ex Plauto: *Corpus tuum virgis inscribam.* Statius Theb. xi. de equo vulnerato.

Aruaq; sanguineo scribit rutilantia gyro. Inde etiam sarcasmus discipulorũ stylis lacerantiũ præceptorem apud Prudent. in Cassiano: *Nõ potes irasci quod scribimus,*

bimus, ipse iubebas, Numquam quietum dextera vt ferret stylũ, &c. *Pangere puncta libet, sulcisq; intexere sulcos.*

& Eulalia apud eundem: *Scribere ecce mihi domine: Quàm iuuat hos apices legere; Qui tua Christe trophæa notant. Nomen & ipsa sacrum loquitur Purpura sanguinis eliciti.* Idem Hymno Romani: *Charaxat ambas vnguis scribentibus genas, Cruentus & secat faciem notis.*

conscisce re letum. Mil. 4. 6. v. 25.

conscium facere aliquem. Cistell. 1. 3. ℣. 46.

conscius. Aul. Prol. ℣. 38.

conscius maleficij. Rud. 4. 7. ℣. 21.

conscius: pro, male conscius. Most. 3. 1. ℣. 13.

conscreari, κρίνεσθαι. Pers. 2. 5 ℣. 7.

conscribere tergum stylis vlmeis. Pseud. 1. 5. ℣. 131. Vide etiam, *Commentare.*

consectari. Bacch. 5. 1. ℣. 7. Pseud. 4. 7. ℣. 134.

consectari: obscœno sensu. Mil. 4. 3. ℣. 20.

consenescere pra ægritudine. Stich. 2. 1. ℣. 63. Vide *Senium.*

consenescere: de robigine veru. Rud. 5. 2. ℣. 15. Ouid. lib. 2. Fast. *Sub quo delubris sentitur nulla senectus.* Propert. lib. 3. Eleg. 7. *haud vlla carina consenuit.* Catull. Epig. 4. de phaselo: *Nunc recondita senet quiete.*

consentaneum & par. Bacch. 1. 2. ℣. 31.

consequi: sequi. Amph. 3. 1. ℣. 20. & 5. 1. ℣. 3. Asin. 2. 3. ℣. 13. Cist. 1. 1. ℣. 93. Pœn. 5. 2. ℣. 19. Truc. 5. 2. ℣. 19.

consequi; assequi. Rud. 2. 6. ℣. 9. *Strenuè consequi.*

consequi alicui Amph. 5. 1. ℣. 3.

consequi aliquem. Mil. 3. 3. ℣. 22.

consequi propè aliquẽ. Rud. 4. 3. ℣. 11.

conserere pugnam alicui. Bacch. 4. 9. ℣. 43.

conserta manus: collatis scil. signis in bello. Mil. 1. 1. ℣. 3.

conserua. Rud. 1. 4. ℣. 5. Stich. 5. 2. ℣. 3.

conseruæ fores. Vide litt. F.

conserui. Pseud. 1. 2. ℣. 83.

conseruitium. Capt. 2. 1. ℣. 49.

conseruus, a. Cas. Arg. ℣. 1. Capt. 2. 1. ℣. 46. Mil. 2. 1. ℣. 67. & 4. 8. ℣. 30.

conseruus cautus. Mil. 2. 5. ℣. 57.

considerare: pro, diligentissime adspicere. Epidic. 5. 1. ℣. 18. Petron. *Diligentius considerare pallium cessat.*

considere: considere facere. Trin. 2. 2. ℣. 19. Vide *Verba actiua* in Mantiss.

consignare aliquid. Mil. 2. 1. ℣. 52.

consignare tabellas: pro, *obsignare.* Curcul. 2. 3. ℣. 86. Bacch. 4. 8. ℣. 83.

consignare epistolas. Trinum. 3. 3. ℣. 39. 87.

cõsignare symbolũ. Pseud. Arg. ℣. 1.

consignata, obsignata tabellæ. Bacch. 4. 9. ℣. 11.

consilescere Mil. 2. 6. ℣. 100.

in consilium accessio. Trin. 3. 2. ℣. 83.

consilia consulta: quæ iam inita sunt. Truc. 1. 2. ℣. 7.

consilia conuocare in animum. Mil. 2. 2. ℣. 42.

consilia mutua. Epid. 1. 1. ℣. 89.

consilia suppetunt. Curc. 2. 3. ℣. 89.

consilia salua apud aliquem sumere. Mil. 2. 2. ℣. 79.

consilia summa. Truc. 2. 4. ℣. 34.

consiliarius amicus. Truc. 2. 1. ℣. 6.

consiliarius particeps. Mil. 4. 2. ℣. 22.

consiliata tapetia: quæ à fullonibus bene subacta sunt. Pseud. 1. 2. ℣. 14. Sic enim ductu Mss. Palat. legendum ibi. Nam *Consiliari*, vel *Conciliare* permutatis litt. *c.* & *s.* fullonum verbum est, vt docuit Scaliger ad Varr. lib. 5. & inibi Turneb. Ianus item Gulielmus. Vide etiam Lexic. Lucret. & Isidor. lib. 6. cap. 16. nec non Plin. lib. 8. c. 48.

consilij plenus. Epid. 1. 2. ℣. 49.

consilij inopiosus. Pœn. 1. 1. ℣. 2.

consilij capti memor. Stic. 4. 1. ℣. 72.

consilium accidere dicitur, ab euentu. Pseud. 2. 3. ℣. 15. Terent. Andr. *Hoc incertum est, quorsum accidat*.

consilium cõditum est in pectore meo, pro eo, quod alibi dicit, *Certum est*. Pseud. 2. 1. ℣. 2. Mil. 2. 3. ℣. 73. *Consilium mest*. Epid. 1. 1. ℣. 80. *consilium liquet*.

consilium: pro congressu paucorũ. Bacch. 5. 2. ℣. 35.

consilium calidum. Mil. 2. 2. ℣. 71.

consilium conducibile. Epid. 2. 2. ℣. 72.

consilium certum est. Epid. 1. 2. ℣. 59.

consilium catum. Epid. 2. 2. ℣. 74.

consilium coctum: maturum. Mil. 2. 2. ℣. 53. Vide *Coctum*.

consilium vernaculum. Pœn. 4. 2. ℣. 105.

consilium rude expolire. Pœn. 1. 1. ℣. 61.

consilium inire de re aliqua. Pseud. 1. 5. ℣. 129.

consimile. Mil. 3. 2. ℣. 8.

consimile: pro, *consimilis*. Amph. 1. 1. ℣. 287. & Sc. Quis tam. ℣. 26.

consimile atq;. Amph. 1. 1. ℣. 287. Bacch. 2. 3. ℣. 50.

consimilis. Capt. 1. 2. ℣. 7. Men. 5. 9. ℣. 4

consimilis alicui. Pœn. 4. 2. ℣. 2.

consistere: stare vnà. Curc. 4. 2. ℣. 16.

consistere cum aliquo. Cist. 4. 2. ℣. 31.

constitit; vna simul sistit, pariterq; quiescit. Asin. 3. 1. ℣. 17. Sic *constare* vsurpatur pro, simul stare. Curcul. 2. 3. ℣. 11. & 4. 2. ℣. 16. Sic Tacit. Hist. iv. *Quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quoque gens constiterit*. Inde apud Festum: *Constitus hominum à consistentium multitudine appellatur*. Constitus, & constitio, vel simul statio: vt corrigit Acidalius.

constitus senectute. Men. 5. 2. ℣. 6.

consociare: communionem facere. Rud. 2. 6. ℣. 67.

consociare se cum aliquo. Most. 1. 3. ℣. 118.

consolandus, passiuè. Bacch. 4. 3. ℣. 12.

consomniare: somniare. Most. 3. 2. ℣. 71.

consonare. Amph. 1. 1. ℣. 73.

consonat. Amph. 5. 1. ℣. 43.

conspicari; videre. Amph. 5. 1. ℣. 18. Curc. 5. 1. ℣. 5. Cist. 4. 1. ℣. 4. Epid. 1. 1. ℣. 3. 67. & 2. 2. ℣. 3. & 3. 3. ℣. 49. & 3. 2. ℣. 9. Bacch. 2. 2. ℣. 4. & 4. 4. ℣. 18. Most. 2. 1. ℣. 6. Pseud. 4. 2. ℣. 24.

conspicere aliquid corde. animo assequi. Pseud. 3. 1. ℣. 3. Cicero Catone cap. 5. *cùm cõtemplor animo*.

conspicere cum aliquo. pro, *Mutuo adspicere aliquem*. Epid. 3. 3. ℣. 20. Sic alibi: *Osculari cum aliquo*; pro, *mutuò aliquem osculari*.

conspicillum: est locus, vnde conspicere possis. *Nonius*. Cist. 1. 1. ℣. 93.

conspui; ludibrio haberi. Curc. 4. 2. ℣. 17.

consta-

Constabilire rem suam. Capt. 2. 3. ℣. 93. Sic Terent. Adelph. 5. 1. ℣. 9. *Dis quidem esses, Demea, ac rem tuam constabilisses.*

Constare, simul stare. Curc. 2. 3. ℣. 11.

Constare: pro, conflari, erigi. Amph. 1. 1. ℣. 78. Virgil. XII. Æneid. *iam puluere cœlum constare vident.* Vbi Seru. & Turneb. τὸ *stare* exponunt, puluere oppletum esse.

Constituere diem corã nuptiis. Trin. 2. 4. ℣. 179.

Constrictas ducere ancillas. Truc. 4. 2. ℣. 58.

Consuadeo. Merc. 1. 2. ℣. 32. Pseud. 2. 2. ℣. 71. Trin. 2. 4. ℣. 125.

Consuadere, rectum facere. Asin. 2. 1. ℣. 13.

Consuadere : *vetare.* Trin. 3. 2. ℣. 46.

Consuere. Amph. 1. 1. ℣. 212. in dolis & lenociniis dicitur: sicut & assuere. vnde *Sutela* pro dolis: & suere ῥάπτειν dolos struere.

cõsuescere; proprie dicitur in stupro. Donatus ad Terent. Hecyr. 4. 1. & Adelph. 5. 2. ℣. 32. Amph. 5. 1. ℣. 71. *se dixit clam consuetum cubilibus cum Alcumena.* Cistell. 1. 1. ℣. 89. 96. In Iure tamen de consuetudine maritali accipitur, vt docet Alb. Gent. lib. 7. cap. 2. de Nuptiis.

consuetus: solitus. Aul. 4. 4. ℣. 9. Stich. 5. 5. ℣. 18.

consuetus sum; consueui. Amph. 5. 1. ℣. 70. Asin. 3. 3. ℣. 114. Capt. 4. 2. ℣. 87.

consuetudine aliquid facere. Trin. 2. 2. ℣. 81.

consulere fere pro *consultare* vsurpatum. Bacch. 1. 1. ℣. 6.

consulere: est proprium verbum aruspicum, qui exta consulunt, vt docet Seruius ad 4. Æneid. Amph. 5. 1. ℣. 76. Vide etiam Senecam Oedipo act. 2. 2.

consulere aliquem aliquid. Men. 4. 3. ℣. 26.

consulere ab re: malum consilium dare. Trin. 2. 1. ℣. 13.

consultare. Curc. 1. 3. ℣. 51. Cist. 2. 1. ℣. 41.

consultare corde. Truc. 2. 1. ℣. 15.

consultare secreto. Bacch. 5. 2. ℣. 35.

consultare aliquem. Mil. 4. 3. ℣. 3.

consultaui mihi. Truc. 5. 1. ℣. 44.

consultare ex re sua. Asin. 3. 1. ℣. 35.

consuti doli. Pseud. 1. 5. ℣. 126. Vide *Sutelæ.*

consultò. Pœn. 3. 5. ℣. 43.

contabefacit cura & miseria. Pseud. 1. 1. ℣. 19. Sic rectius legas cum Mss. Pall. quam, *contabescit.*

contabescere est, liquescere, consumi. Merc. 1. 2. ℣. 92.

contechnari; technas, fraudes machinari. Pseud. 4. 6. ℣. 34.

contemnere: etiam *conterere* notare potest apud nostrum. Stich. 2. 2. ℣. 33. Ita alibi coniunguntur *contemtim conterere.* Vide *Verba Actiua* in Mantiss.

contemplari; videre. Pœn. 5. 3. ℣. 10.

contemplo: ἐγχαίνω. Amph. 1. 1. ℣. 285. Asin. 3. 1. ℣. 35. Epid. 3. 3. ℣. 2. & 5. 1. ℣. 16. Merc. 2. 3. ℣. 71. Mil. 4. 2. ℣. 38. Most. 1. 3. ℣. 10. 16. 124. Pers. 4. 4. ℣. 15. Trin. 4. 2. ℣. 21.

contemtrix. Bacch. 3. 6. ℣. 2.

contemtim conterere aliquem. Pœn. 3. 1. ℣. 34.

contendere cursum. Cist. 2. 1. ℣. 57.

contentè arctèq; habere. Asin. 1. 1. ℣. 64.

contentiores mage. Pœn. 2. 1. ℣. 15.

conterere: Vide, *Obterere.*

Conterere diem. Cas.3.3.ϒ.4.

Conterere in tergo corios bubulos. Pœn.1.1.ϒ.11.

Conterere orationes. h. e. verbis obtundere. Cist.2.3.ϒ.65.

Conterere ætatem. Bacch.4.6.ϒ.11.

Conterobromia. Curc.3.ϒ.76. Vide etiam, *Obterere.*

Conterobromia Libya. Vide litt. *L.*

Conterere: pro, consumere, atterere. Most.4.2.ϒ.68. *conterere quasti Herculis.*

Conterere quasti. Rud.3.4.ϒ.43.

Conticiscere. Mil.2.4.ϒ.56. Rud.5.2.ϒ.69. Bacch.4.6.ϒ.28.

Conticinium est prima pars noctis. Germ. Der erste schlaff. Asin.3.3.ϒ.95.

Contigit; accidit. Amph.5.1.ϒ.9.

Contimens: de eo, qui non studet potationibus aut amatoribus. Most.1.1.ϒ.30.

continere: pro, cohibere, impedire. Amph.2.2.ϒ.58.

continere se. Men.2.1.ϒ.28.

contingere. pro, attingere. Amph.2.2.ϒ.104. in obscœno sensu. Sic quoque *Tangere.* Propert. lib.2.Eleg.34. *Lynceu, tune meam potuisti tangere curam?* Martial. lib.1. Eleg.74. *Nullus in vrbe fuit totâ, qui tangere nollet Vxorem gratis Caciliane tuam.* Turpilius Leucadia: *Si forte quasillarias alibi tango.* Eurip.Hippol. ϒ.884. Θιγεῖν τῆς ἐυνῆς.

continuò; statim. Cist.2.1.ϒ.7. & 2.3.ϒ.15 Epid.1.2.ϒ.52. & 2.2.ϒ.6.83. & 3.3. ϒ.42. & 4.1. ϒ.37. Bacch.2.3.ϒ.29.66. Rud. 3.4.ϒ.61.

continuum triennium. Stich. 2.1.ϒ.61.

contollere gradum: est, congredi. Aul.5.1.ϒ.6. Bacch.3.6. ϒ.6.

contortuplicata nomina. Pers. 4.6.ϒ.26. vsurpauit hanc dictionem in versione latinâ Bibliorum Franciscus Iunius Exod. 26. ϒ.1. De eiusmodi tortuosis verbis vide Theatrum Rhetoricum Cresollij lib.2.cap.4 pag.126.

contra: eleganter vsurpatur in comparationibus; Pro, *si contra appendatur.* Curc. 1.3. ϒ.45.46. Epid.3,3.ϒ.30. Pseud. 2.3. ϒ.22. Mil.3.1.ϒ.63. & 4.2.ϒ.83. Truc. 2.6.ϒ.57.

Varro:

Vbi poma vaneunt contra aurum.

contra, mutuò, vicissim. Cist.1.2.ϒ.13. Mil.1.1.ϒ. 3. & 2.1. ϒ.45. Trin.4.2.ϒ.55.

contra adire. Rud.1.4.ϒ.22.

contra adspicere oculis. Cas.5.3. ϒ.1. Most.5.1. ϒ.56.

contra assistere. propè. Pseud. 1.2. ϒ. 23.

contra ferre manum. Truc.1.2.ϒ.23. In salutationibus.

contrahere malum. Cas.3.2.ϒ.21.

contracta frons. Rud.2.2.ϒ.12.

contrahere lites. Capt.Prol.ϒ.63.

contrahere litigium inter aliquos. Cas.3.2.ϒ.31.

contra incedere aliquem. Rud. 3.3. ϒ.31. *Malitiam lenonis contra incedam.* Sic dicimus *Contraniti, Contrauenire, contrapugnare.* Lucret. II. 280. Glossæ; *Contrauenio: ἀντιπαρῶ.*

contra vocare; prouocare in certamen. Stich.5.5.ϒ.31.

contrectare. Pœn.5.5.ϒ.32.

controuersia. Rud.3.5.ϒ.46.

contruncare. Bacch.4.9.ϒ.51.

contruncare cibũ; absumere. Stich. 4.1 ϒ.48. Apuleius; *contruncare offulã, & detruncare cibũ* dixit.

contubernalis crucis. Mil.2.2.ϒ.28.

vt *Disci-*

vt *Discipulas crucis*. Aul. 1.1. ℣. 20.

contui: pro, contueri, cernere, ab antiquo *Tuor*, quo sæpe Lucretius vsus. Asin. 1.1. ℣. III. & 3.1. ℣. 20.

contuitus: aspectus. Trin. 2.1. ℣. 28.

contumelia recident in te; h. e. iniurias omnes lues. Men. 3.2. ℣. 54.

contumeliam facere. Asin. 2.4. ℣. 82. Cicero in 3. Philipp. hanc φεγδσιν reprehendit. Vide Comment. Camerarij in l. 1. Tuscul. Quæst. Nec non Barrienti sylu. Fasc. Crit. Tom. III. Pag. 423. Turn. lib. 17. cap. 19. Scaliger Orat. cõtra Erasmum pag. 87. ait, Ciceronem non id reiecisse, tanquã nemo vmquam sic loquutus fuerit, sed quod tunc ita nemo loqueretur. Non enim dicit Cicero; *quis sic vmquam loquutus est?* sed, *quis sic loquitur?*

cõtumeliam dicere audacter; *audire*. Curc. 4.1. ℣. 17. Bacch. 2.3. ℣. 33. Pseud. 4.7. ℣. 77. Truc. 2.2. ℣. 44.

contundere facta alicuius: comprimere famam alicuius. Stich. 2.2. ℣. 33.

contundere pugnis. Bacch. 3.3. ℣. 46.

contuor. Most. 3.2. ℣. 155. Asin. 2.3. ℣. 23.

conturbare pedes; in obscœnis. Cas. 2. 8. ℣. 25.

conuadari: est vadimonio obstringere, siue diem iudicij ex compacto constituere, & in ius vocare. Curc 1.3. ℣. 5. Etiam actiuè vsurpat Horat. lib. 1. Sat. 9. ℣. 36. Passiuè sumitur Bacch. 2. 2. ℣. 3.

conuitium facere. Merc. 2.1. ℣. 11. Most. 3.1. ℣. 84.

conuena. Vide *Conuentitij patres*.

conuenibo; ὀρθογραφικῶς. Cas. 3. 2. ℣. 18.

Conuenire; accidere. contingere. Pseud. 1.2. ℣. 44. *Facite, vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant*.

conuenire de dote. Trin. 2. 4. ℣. 168.

conuenire de aliqua re inuicem. Pseud. 1.5. ℣. 129.

conuenire; quadrare, aptum esse. Pseud. 4.7. ℣. 85.

conuenire; consentire. Aul. 2. 2. ℣. 80.

cõuenire; adire, alloqui. Mil. 2.2. ℣. 16. & 2.3. ℣. 6. Bacch. 4. 10. ℣. 11. Merc. 3.2. ℣. 16. Pers. 5.2. ℣. 74.

conuenire verbum pactionũ. Capt. 2.3. ℣. 18. Pseud. 4.5. ℣. 8. 9.

conuenire. Meretricium verbum: pro, liberis operam dare. Inde *conuentus, conuentiones, conuena*. Mil. 2.1. ℣. 61. & *Patres conuentitij*. Cist. 1.1. ℣. 42. Mil. Arg. 1. ℣. 7. Mil. 2.1. ℣. 61. & 4.3. ℣. 2. Ouid. lib. 3. de Arte Amandi; *Conueniunt illas, cum voluêre, viri*.

conuenit; decet. *Non cõuenit*. Germ. Es schickt / es reymt sich nicht. Trin. 3.2. ℣. 55.

conuenit; assentiendi particula. Cas. 2.3. ℣. 54.

conuenit; cum accusandi casu, pro, decet. Merc. 5.4. ℣. 24.

conuentis opus est dentibus. Curc. 2. 3. ℣. 42.

conuentitij patres; sunt, qui vndiquaque conueniunt meretrices. Cist. 1.1. ℣. 42. Ita enim leg. Inueni tamen postea in Mss. Schopingeri; *Ex parietibus contiguis*. quod quid sit, alius explicet. Cæterum Latini autores *cõuenire*, pro, *liberis operam dare*, vsurpant. Arnob. lib. 7. *Amant suos fœtus, & gignendis conueniunt liberis*. Et *conuenus*,

pro, *concubitu* idem dixit lib. 2. *Ex conuentu Iouis inseminati & nati sunt.* Inde eosdem hos patres conuentitios vocat Plautus noster *conuenas.* Milite 2. 1. ℣. 61.

cõuentam esse volt. Pœn. 5. 2. ℣. 159.

conuento aliquo opus est. Curc. 2. 3. ℣. 23. Cas. 2. 8. ℣. 68.

conuentum volo. Trin. 5. 2. ℣. 51.

conuerrere aliquem totum cum pulusculo. Rud. 3. 6. ℣. 7.

conuerrere ædes. Stich. 2. 3. ℣. 26. 50. 63.

conuertere se, transformari. Epid. 2. 2. ℣. 4.

conuictus & condemnatus de pugnis. Truc. 2. 6. ℣. 5.

conuitium domus & familiæ dicitur filius nequam. λοιδη ηρὰ ἐπώνυμον. Merc. Prol. v. 59. *Vitiũ* enim domus est pars aliqua corrupta: *conuitium* est cum plures partes ruinam trahunt. Sic enim est in Inscriptione Veronẽsi pag. CVII. 1. *Conuitium. Refecerunt. Tectũ. Parietes. Alleuarunt. Valuas. Limen. De. Sua. Pecunia. Laribus. dant.* Inde est apud Plautum prædicto loco, *Conuitium pascere domus suæ*; fouere filium degenerem, atque ita ruinam familiæ suæ inducere. Vide etiam Catalecta Scaligeri pag. 120. Eodem modo dicitur in Curcul. 1. 3. ℣. 42. *Alere & expergefacere probrum.*

conuiua commodus. Mil. 3. 1. ℣ 46.

conuiuæ commodi: sunt faceti. Pœn. 3. 3. ℣. 2.

conuiuere; est, conuiuium agitare. Amph. Sc. Di vostram. ℣. 45.

conuiuij sat est: satis amplum conuiuium. Stich. 5. 4. ℣. 28.

conuiuium agitare. Mil. 2. 2. ℣. 10.

conuiuium tollere. Men. 3. 1. ℣. 17.

conuorti fugam in se: hoc est, in se conuersam & inclinatam habere. Amph. 1. 1. ℣. 82. Sic, *Nuda genu.* Et, *Lacrymis oculos suffusa nitentes.*

copia: potestas, facultas. Aul. 2. 2. ℣. 76. Capt. 2. 3. ℣. 14. & 3. 5. ℣. 90. & 4. 2. ℣. 73. Cas. 4. 3. ℣. 12. & 4. 4. ℣. 18. Epid. 1. 2. ℣. 58. & 3. 1. ℣. 3. & 3. 2. ℣. 18. Bacch. 3. 3. ℣. 84. Mil. 4. 1. ℣. 25. Trin. 5. 2. ℣. 7. Truc. 1. 2. ℣. 45.

copia; pro eo, qui omnium rerum copiam suppeditat. Bacch. 4. 3. ℣. 25. Rud. 2. 6. ℣. 73.

copia Dea: quæ omnium rerum copiam suppeditat. Pseud. 2. 4. ℣. 46.

copia; multitudo. Bacch. 3. 6. ℣. 34.

copia cordis. Epid 3. 3. ℣. 12.

copia venustatum. Pœn. 5. 4. ℣. 5.

copia celer. Merc. 5. 2. ℣. 9.

copia est. Rud. 3. 4. ℣. 59. & 3. 5. ℣. 2. Capt. 3. 1. ℣. 14.

copia videndi tui. Truc. 2. 4. ℣. 19.

copia)(inopia. Trin. 3. 2. ℣. 45.

copiæ: de amasiis, quæ amatorum diuitiæ dicuntur. Bacch. 3. 6. ℣. 22.

copiæ, pro diuitiis, facultatibus. Cist. 1. 1. ℣. 32. Asin. 3. 3. ℣. 65.

copiæ est: licet, facultas est. Merc. 5. 4. ℣. 30. Bacch. 3. 3. ℣. 17.

copiæ regiæ aureæque. Bacch. 4. 4. ℣. 6.

copiæ: pro dolis & fallaciis. Pseud. 2. 1. ℣. 5.

copiam facere: ansam prębere. Trin. 1. 2. ℣. 98.

copiam parare. Pœn. 1. 2. ℣. 149.

copiam aliorum experiri: est, benignitatem aliorum implorare. Asin. 1. 3. ℣. 93.

copiam facere alicuius rei; *potestatẽ.*

Cas.

Cas.2.8. ℣.14. Cist.1. 2. ℣.19. Merc.2.5.℣.66.

copis: pro *copioso*. Nonius, Festus, & Varro. Pseud. 2.3.℣.8. Bacch.2. 3.℣.117.

copula; pro vinculis, & loris. Epid. 5.1.℣.11.

copulantur: pro, *copulant*. Aul.1.2. ℣.38.

copulare caput & corpus. Pœn.1.2. ℣.130.

copulare sermonem. Pœn.3.3.℣.41.

coquere cœnam. Stich. 4.1.℣.28.

coqui. Trin.2.4.℣.6.

coqui plærumque sunt fures. Pseud. 3.2.℣.2.

coquinare: à *coquina*; vt, à sarcina, sarcinare. Pseud.3.2.℣.85.

coquinatum ire. Pseud. 3.2.℣.64. Aul.3.1.℣.3. *Coquinatum venire*.

coquint: coquant, ἐσχαίκωσι. Pseud. 3.2.℣.30.

coquinum forum. Pseud. 3.2.℣.1.

coquito. Aul.3.1.℣.3.

cor; in blanditiis. Pœn.1.2.℣.154. 170.175.

cor modeste situm: prudens. Men.5.6. ℣.6.

cor cruciatur. Trin.5.2.℣.45.

cor perfrigefacere; metu & honore quodam perfundere. Pseud.4.7. ℣.113.

cor timidum. Pseud.2.1.℣.3.

cor durare. Pseud.1.3.℣.6.

cor: pro, animus. Cas.2.2.℣.18.

Cor; pro mente & sapientia. vnde *excors*, *vecors*. Mil.3.1.℣.190. Cist.1.1.℣.68.

cor atque animus. Truc.1.2.℣.74.

cor foditur stimulo. Bacch.5.2.℣.39.

cor salit. Cas.2.6.℣.62.

cor habere: cordatum esse. Pers. 4. 4.℣.72.

cor sobrium. Truc.4.4.℣.2.

cor dierectum. Capt.3.4.℣.103.

cor liberum: curis solutum. Epid.1. 2.℣.43.

cor & pectus distinguuntur. Aul.4. 3.℣.4.

corculum; in blanditiis amantium. Most.4.2.℣.70. Cas.4.4. ℣.14.

cor habere: est prudẽtem esse. Most. 1.2.℣.3. Sic Auson.

Qui Reminiscoputat se dicere posse Latino,
Hic vbi Co scriptum est, faceret Cor. si cor haberet. Furius Bibaculus:

En cor Zenodoti, en iecur Crateti. Priapeia:

Nam sensus mihi corque defuisset.

corde considere: intelligere. Pseud. 3.1.℣.3.

corde: ex toto corde. τῇ καρδίᾳ. Capt. 2.3.℣.60.

cor peruium esse dicitur, quod est apertum. Pseud.2.4.℣.70.

cor vritur. Pers.5.2.℣.21.

cor lienosum: morbosum. Cas.2.6. ℣.62.

corbitæ; naues onerariæ tardæ & grandes. Sic dictæ, quod earum malus præferebat corbem in summo fastigio. Pœn. 3. 1. ℣. 4.40.

corbulæ. Varro lib. IV. LL. *Corbes ab eo, quod spicas, aliudve quid conruebant, hinc minores corbulæ dictæ*. Aul.2.7.℣.4.

cor sapientiæ: pro, sapientia. vnde ὑποκορίστικὸν *corculum* de sapientibus dicitur. Epid.3.3.℣.3. Possit tamen *cor sapientiæ* explicari de eo, in quo locum habet sapientia: sicut *silua ferarum* apud Lucretium, hoc est, in quibus feræ viuunt. *Inane rerum*, h. e. vacuũ, in quo secundum Epicurum omnes res gignuntur.

Furius Bibaculus de Catone Grammatico.

En cor Zenodoti! en iecur Cratetis!

Cor retunsum est oppugnando pectore. Pseud. 4.4.ỳ.8.

Coram præsens præsenti. Pseud. 4.7. ỳ.41.

Cordatè & doctè. Mil. 4.2.ỳ.96.

Cordi est; carum est; amicũ est. Placer. Cist. 1.1.ỳ.111. Epid. 1.2.ỳ. 30. Mostel. 1.4.ỳ.10. Terent. Andr. 2.1.ỳ.28. *Aut tibi sinuptiæ hæsit cordi.* Cicero ad Att. *Dionysius nobis cordi est.* Idẽ pro Quint. *Mihi vita horrida cordi est.* Agell. lib. 12, cap. 13. *Cordi, inquã, mihi fuit, priusquam ad te irem, quærere, explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, vsi sint.* Nonius: *Cordi est; animo sedet.* Lucill. *Et quod tibi magnopere cordi est, mihi magnopere displicet.* Symm. lib. 2. Epist. 61. *Nunc si tibi voluntas mea cordi est.*

Copis: copiosus, diues. Pœn. 3.3. ỳ.47.

Corde atq; animo lubẽtissimo. Pseud. 5.1.ỳ.26. & 5.2.ỳ.22.

Cordis radices. Curc. 2.1.ỳ.23.

Cordis saltus. Cist. 2.3.ỳ.9.

Cor dolium. Ita διηρημένως scribitur in antiquissimis nostris libb. Mss. Pall. vtroque loco. Cist. 1.1.ỳ.67. Pœn. 1.2.ỳ.86. Vide *Dolius*, & paulò post *Cordolium*, vnitâ dictione.

Cor stimulo foditur. Bacch. 5.2.ỳ.39.

Cordolium substantiuè quoque iunctim accipi potest. Græcè καρδιωγμός, καρδιαλγία. à dolendo. Pœn. 1.2.ỳ.86. Scaliger quasi *condolium*. Vide si lubet eruditissimi viri Christiani Beccmani Origines L. L. in, *Dolor.*

Coriandrum. Pseud. 3.2.ỳ.25.

Corinthus. Merc. 3.4.ỳ.61.

Corium sufficere. Pœn. 4.2.ỳ.33. Idem Frag. Casinæ.

—*Sufferam meum tergum ad iniuriam.*

Corium sincerum: de tergo non sincerato. Most. 4.1.ỳ.14.

Corium; pro cute hominis, imò pro tergo, & dorso. Epid. 1.1.ỳ.63. 84. & 5.1.ỳ.19. Cist. 4.2.ỳ.36.

Corium puniceum. Rud. 4.3.ỳ. 59.60.

Corium phœnicium. Pseud. 1.2.ỳ. 92. Rud. 4.3.ỳ.59.

Corius bubulus. Pœn. 1.1.ỳ.11. βοϊκῶς.

Cornu: pro laterna cornea. Amph. 1. 1.ỳ.184.

Cornua: pro variis iniuriis & oppressionibus. Aul. 2.2.ỳ.57.

cornua obuertere. Pseud. 4.3.ỳ.5. Sic Græci dicunt κεραύζεσθαι. Eustath. ad Homer. Iliad. X.ỳ.63. Et in S. Scriptura Thren. 2. ỳ.3. Psalm. 68. ỳ.111.148.

cornua pro viribus & potentia.

cornucopia. Vide Prouerb. κέρας Ἀμαλθείας. Pseud. 2.3.ỳ.5.

corolla dapsiles: magnificæ & elegãtes. Pseud. 5.1.ỳ.21.

corolla plectilis; est, quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur, neque suitur. Eurip. Hipp. στέφανος πλεκτός. Plaut. Bacch. 1.1.ỳ.37.

corona florea. Men. 4.2.ỳ.68. Aul. 2. 8 ỳ.15.

corona conuiuantium. Men. 3.1.ỳ. 16. & 3.3.ỳ.31. & 4.1.ỳ.5.

corona adium. laris. Trin. 1.2. ỳ.1.

corona Iouis. Men. 5.5.ỳ.38. Trin. 1. 2.ỳ.47.

corona florens conuiuiorum magistri. Pers.5.1.¥.18.

coronati incedebant ebrii. Men.4.2.¥.65.

corpore dotem quærere. h.e. artibus meretriciis. Cist.2.3.¥.21.

corpulentior & habitior. Epid. 1.1. ¥.8.

corpus publicant meretrices. Bacch. 4.8.¥.22.

corpus aquilum. Pœn.5.2.¥.152.

corpus subuulturium, subaquilum. Rud.2.4.¥.9. Vide litt.S.

corpusculum mellitulum. Cas.4.4. ¥.19.

corradere numos. Pœn.5.6.¥.26.

correpere. Rud.3.6.¥.34. Trin. 2.4. ¥.22.

corrigere ad frugem. Trin.1.2.¥.81.

corripere se repente: abire. Germ. Sich hinweg packen. Merc.3.4. ¥.76.

corripi ex amore. Asin.5.2.¥.34.

corruere: pro, coniicere, coaceruare. Vide *Ruere.*

corrumpere aliquem: de moribus. Most.1.1.¥.20.27.

corrumpere diem. Men.4.2.¥.31. Asin. 2.2 ¥.25. *lacerare diem.*

corrumpere oculos. Amph.1.3.¥.32. Merc.3.1.¥.3.

corrumpi & absumi, de magna animi ægritudine. Amph.5.1.¥.6.

corruptela: ἐνεργητικῶς. Truc.3.2.¥.3. Pœn.3.5.¥.8.

corruptelam esse; est corrumpere. Asin.5.2.¥.17.

corruptor ciuium. Pœn.3.6.¥.21.

cornus: pro, laternâ corneâ. Amph. 1.1.¥.185. & notat Prisc. lib. 6. masculinum esse. Lucret. lib.2. *Lumen per cornum transit.*

cortes: tabernæ. Truc.1.1.¥.47. *Cortes argentaria:* vbi lenones & meretrices Romæ.

cortina. Pœn. 5.5.¥.12. Est τέλετος, λίθος, in qua lana suffecta succos ebibit. Sic dicta à rotunditate, quòd vt cortes, ita hæc rotunda erat. Varro à *corde* deriuat. Vide Scalig. Coniect. ad Varr.

coruitare: Instar coruorum sese ingurgitare. Cas.4.1.¥.20.

coruscum præ tremore: timida, vibrantia. Rud.2.6.¥.42.

costa callent plagis. Pseud.1.2.¥.4.

cottabi bubuli. Trin.4.3.¥.4.13. Vide *Bubuli cottabi.*

cottabus: nomen serui. Trin. 4.3. ¥.13.

cottidianò, pro, *cottidiè.* Capt. 3. 5. ¥. 67. Sic dicitur aduerbialiter, vt *arcanò, sempiternò, hesternò, annò, hornò, posterò, anniuersariò, commodò, matutinò.* Quibus omnibus passim linguæ latinæ authores vtuntur. Cicero lib. 4. in Verr. cap. 8. ex Mss. Cuiacii. nam vulg. *quotidiè.*

cotytto: κωτύττια. Aul.Sc. *Quid hic.* ¥.20.

coturnix; in blanditiis amantium & puerorum. Asin. 3. 3. ¥. 76. Capt.5.4.¥.6.

coxendix. Bacch.5.2.¥.40.

crapulam amouere. Pseud.5.1. ¥.35.

Crapulam edormire. Most.5.2. ¥.1.

Crapulam edormiscere. Rud. 2. 7. ¥.28.

Crassitudo. Most.3.2.¥.137.

Crastini die. ἐχθαϊκῶς. Most.4.1. ¥. 25. Vide Agell. lib.10.c.24

Crastinum. Pseud.5.2.¥.33.

cratis, & *tes.* Supplicij genus Carthaginensibus vsitatum. Pœn. 5. 2.¥.65.

crebrare: de amatore, qui crebras noctes impetrat. Truc.1.1.¥.29.

Crebri: crebrò. *Tam crebri, quàm pira.* Pœn. 2. 1. ℣. 38.

Credere: pro, concredere. Pseud. 2. 1. ℣. 3. Germ. Vertrauwen. & 1. 5. ℣. 91. & 2. 2. ℣. 34. 37. Bacch. 2. 3. ℣. 84. Asin. 2. 4. ℣. 94. Most. 2. 2. ℣. 7. Trin. 1. 2. ℣. 108. & 2. 4. ℣. 3. 118. & 4. 2. ℣. 119. & 4. 3. ℣. 47.

Credere omnium rerum. Asin. 2. 4. ℣. 53. Trucul. 2. 2. ℣. 52. Forte talis est ratio loquendi, quæ apud Symmmach. l. 1. ep. 9. *aliarum rerum.* Et Terent. Adelph. 4. 5. atque Cic. Cat. Maior. *Cæterarum rerum.* Vide Hotomanni obseru. & Gentilem ad Apuleium pag. 524.

Credere: pro, *fidere.* Epid. 3. 2. ℣. 4.

Credere: putare, existimare. Pers. 4. 3. ℣. 64.

Credere alicui de aliquâ re. Men. 4. 2. ℣. 53.

Credere alicui aliquid: est asseruandum commendare. *Non.* Aul. Prol. ℣. 15. Curc. 4. 1. ℣. 20.

Credere: pro committere. Bacch. 5. 2. ℣. 37.

Credere rem suam. Trin. 2. 4. ℣. 20.

Credidi; persuasi mihi. Curc. 4. 3. ℣. 9.

Credo hercle. Epid. 2. 2. ℣. 72.

Credo: πυθανικὸν, & dubitantis est. *Donat.* Epid. 1. 1. ℣. 32. Cas. 2. 6. ℣. 3. Cist. 2. 3. ℣. 81.

Creduam. Pœn. 3. 5. ℣. 1.

Creduas: ἀρχαϊκῶς. pro *credas.* Bacch. 3. 3 ℣. 72. Trin. 3. 1. ℣. 5.

Creduat: ἀρχαϊκῶς, *credat.* Bacch. 3. 4. ℣. 6. & 4. 8. ℣. 6.

Crediis, credideris. Amph. 2. 2. ℣. 40. & Sc. DI vostram. ℣. 9. Capt. 3. 4. ℣. 74.

Creduit: Truc. 2 2. ℣. 52. *Numquam quisquam duarum rerum mihi creduit, Ni.* Formula obseruanda.

Cremor crassus. Pers. 1. 3. ℣. 15.

Creo; Rex. Amph. 1. 1. ℣. 195.

Crepare leges. Mil. 3. 1. ℣. 56.

Crepusculo primo. Cas. Prol. ℣. 40.

Creta est oratio: quæ omnes sordes ab animo eluit. Pœn. 5. 2. ℣. 8. Aul. 4. 9. ℣. 7. *Cretâ se occultant.* Idem est Pers. 1. 2. ℣. 22. *Albo rete aliena bona oppugnant.* Persius: *Cretata ambitio.*

Cretâ sordes vestium extergebantur & eluebantur. Plin. lib. 35. cap. 15. Aul. 4. 9. ℣. 7. Merc. 3. 4. ℣. 61. Truc. 2. 2. ℣. 39. Creta de fuco muliebri dicitur.

Cretani. Curc. 3. ℣. 73.

Crepitare. Men. 5. 5. ℣. 27.

crepitare dentibus clarè. Rud. 2. 6. ℣. 52. Luc. V. 746. *Hiems sequitur, crepitans ac dentibus algor.*

crepitat venter vacuus. Amph. Sc. *Di vostram.* ℣. 12.

crepitus cardinum. Curc. 1. 3. ℣. 1.

crepitus cœli. Amph. 5. 1. ℣. 11.

crepitus polentarius: est *strepitus obscenus.* πρῶδη, βδεσμὸς, ex polentâ comestâ natus. Curc. 2 3. ℣. 16.

crepitus ventris. flagitium est, si edatur in cœtu hominum. Pœn. 3. 2. ℣. 33.

crepundia: lusus & oblectamenta puerorum puellarumve. Græce κρόταλα à crepitu: & παλαιγωνία. Latinis aliàs *monumenta* dicta. Etiam γνωρίσματα. Cist. 4. 1. ℣. 4. & 3. ℣. 5. Rud. Arg. ℣. 2. & 4. 4. ℣. 37. & 5. 3. ℣. 7. Mil. 5. 1. ℣. 6.

cribrum carnif. Vide sup. *Carnif.*

cribrum crebrius. Rud. 1. 2. ℣. 14.

cribrum pollinarium: de farinâ dicitur à furfuribus expurgatâ, quâ *Florem*, h. e. pollinem appellamus. Ita *molam* vsurparunt vett. pro farre molito ac tosto. Alias *Cribrum* est incerniculum.

Germ.

Germ. ein Sieb. Pœn. 3. 1. ℣. 9.

crimen: pro *criminatione*. Bacch. 4. 3. ℣. 15. 32. Agell. lib. 12. cap. 12. Propert.

—*Erit tanti criminis illa memor.*

Idem. *Quid tantum merui, quæ te mihi crimina mutant?*

criminare aliquem apud aliū. Pseud. 1. 5. ℣. 78.

criminator. Bacch. 4. 7. ℣. 28.

crinis. Most. 1. 3. ℣. 69. Vbi *Crines capere*, inquit Lipsius, idem esse, quod nubere, & matronam fieri. Vide etiam Mil. 3. 1. ℣. 196.

Crinnus: nomen serui. Trin. 4. 3. ℣. 13.

Crispi, cincinni, ficti, compositi, unguentati. Truc. 2. 2. ℣. 32.

Crispus: Rud. 1. 2. ℣. 37. Capt. 3. 4. ℣. 115.

Crocinum. croci odor. Curc. 1. 2. ℣. 7. Propert. *Et crocino nares murreus ungat onyx.*

Crocire: est coruorum. Aul. 4. 3. ℣. 2.

Crocotarius infector: à crocota, quæ est genus vestis crocei coloris. *Nonius*. Aul. 3. 5. ℣. 47.

Crocotula: vestis erat mulierum, non virorum. Græci κροκωτὸν appellarunt. Epid. 2. 2. ℣. 47. Sic Virgil. lib. 9. Æneid. effeminatos & semiuiros Troianos incessit. *Vobis picta croco, & splendenti murice vestis*. Ita quidem Turnebus explicat.

Cruci condonare. Rud. 4. 4. ℣. 26.

Cruciabilitates animi. Cist. 2. 1. ℣. 3.

Cruciabiliter. Pseud. 4. 1. ℣. 40.

Cruciamenta, cruciatus. Asin. 2. 2. ℣. 52. Capt. 5. 4. ℣. 2.

Cruciare. Cas. 2. 8. ℣. 9.

Cruciare agritudine. Bacch. 3. 3. ℣. 89.

Cruciari aliquid. Mil. 4. 8. ℣. 11. Cist. 2. 1. ℣. 4.

Cruciari. Truc. 2. 5. ℣. 2. Vbi tamen Palmerius mauelit *Cruciantque*. Sæpe enim verba actiua vsurpantur παθητικῶς. Vide suo loco *Verba actiua* in Mantissa Lex.

Crucias mala: vt, *satias*. Cas. 2. 6. ℣. 64.

Cruciatus malus. Aul. 3. 3. ℣. 11. Bacch. 4. 9. ℣. 132. Pers. 4. 4. ℣. 25. Rud. 2. 6. ℣. 11. Pseud. 3. 1. ℣. 12. Epid. 5. 1. ℣. 5. Pers. 5. 2. ℣. 9.

In Cruciatum dedere. Bacch. 4. 4. ℣. 36.

Cruciatus maximus malus. Mil. 2. 3. ℣. 8.

Cruciatus: pro dolore, damno. Amph. 2. 2. ℣. 161. & 4. 2. ℣. 15. Capt. 3. 5. ℣. 23. Curc. 1. 3. ℣. 37.

Crucis discipulus. Vide litt. D.

Crucisalus: fictè, in cruce saliens. Bacch. 2. 3. ℣. 128.

Crudus: subdolus & callidus. Pœn. 5. 2. ℣. 147.

Crudus vir: impotens & inhumanus. Truc. 2. 8. ℣. 14. ὠμὸς, durus & inexorabilis.

Crudum, an coctum)(Aul. 3. 2. ℣. 16.

Crumina. Bulga est folliculus omnis, quam & cruminum vett. appellarunt, & est sacculus è brachio pendens. Nonius. ἀπὸ τῆς κρεμᾶν pendere. Amph. Sc. *Quis tam*. ℣. 44. Asin. 3. 2. ℣. 44. & 3. 3. ℣. 63. Truc. 3. 1. ℣. 7. 8. 10. *crumina de collo*: & 5. 1. ℣. 64.

Crumina are prægnans. Asin. 3. 3. ℣. 71.

Cruminam pertundere. Pseud. 1. 2. ℣. 37.

Cruricrepida. Trin. 4. 3. ℣. 14. Fictè de seruis.

Cruricrepium. Formari potest, vt

crucifragium. Pseud. 1.1. ☞ 128.

crurifragium. Pœn. 4.2.☞.64. passiuè de seruo, cui suffringi debeant crura.

cruſtulum comminutum. Stich. 5.4. ☞.9.

crux; laxè capitur nonnunquam pro omni angore, cruciatu, atque exitio: & apud Plautum pro homine aquis merso. Men. Prol. ☞.66. Rud. 1.2.☞.87. Aulùl. 3.5. ☞.48. *Aliqua mala crux ſemper eſt, quæ aliquid petat*. Sic Terent. Meretrices à cruciando *cruces* vocat. Vide Lipſ. lib. 1. de Cruce cap. 2.

crux ſeruis ſupplicium & ſepulchrũ erat. Mil. 2.4.☞.19. Moſt. 3. 2. ☞.57.

Nepar-

Neparcus: pro, *Neparcè*, h.e. abundè. Pseud. 1.1.ỳ.77.

Nepos Veneris. Mil. 4.6.ỳ.50.

Nepotulus Veneris. Mil. 5.1.ỳ.20.

Neptuni comes Palæmon. Rud. 1.2. ỳ.71.

Neptuni pecudes: sunt pisces. Pseud. 3.2.ỳ.45. Alibi. Rud. 4.3. ỳ.45. vocat *squamosum pecus*. Virgil. Georg. IV.ỳ.395. *Neptuni armenta*. Liuius Andronic. *Nerei pecus simũ*. Lucret. II.343. & 1081. *squamigeræ pecudes*. Oppian. φῦλα ποσειδάωνος ἐναύλων *Secula Neptuni incolarum*. Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei, in voce, *Pecus*.

Neptuni nepos. Mil. 1.1.ỳ.15.

Neptuno grates habebant naufragi. Stich. 3.1.ỳ.2.

Neptunia loca: maria. Mil. 2.5. ỳ.3.

Neptunus. Most. 2.2.ỳ.1.

Neptunus ædilis fastidiosus. Rud. 2.3. ỳ.42.

Neptunus: pro mari. Rud. 2.6.ỳ.2.

Neptunus piscatorum patronus. Rud. 4.2.ỳ.1.

Neptunus balneator frigidus. Rud. 2. 6.ỳ.43.

Neptunus lepidus. Rud. 2.3.ỳ.28.

Neptunus, Nereus salsipotens, multipotens. Trin. 4.1.ỳ.1. *Iouis frater*. Ibid.

Nequam; absolutè. Bacch. 4.2.ỳ.20. Trin. 4.3.ỳ.29. *Nequam quidem*. h.e. malè fit. Germ. Es ist darumb nicht recht.

Nequam: substantiuè; Malum. *Nequam dare*. Pœn. 1.1.ỳ.31.34. & 3.3.ỳ.44. *Nequam & malum*. ỳ.50. *Nequam facere*; de libidine. Truc. 1.2.ỳ.58.

Nequam verbum. Trin. 2.4.ỳ.18.

Nequã & improbus. Truc. 1.2.ỳ.54.

Nequam adolescens. Stich. 4.1.ỳ.51.

Nequam bestia. Cist. 4.2.ỳ.62.

Nequam & damnificus. Cist. 4.2. ỳ.62.

Nequam homo. Asin. 1.1.ỳ.18. Epid. 1.1.ỳ.87. Bacch. 5.2.ỳ.60. Most. 4. 2.ỳ.23. Pseud. 4.4.ỳ.11. Trin. 1.2. ỳ.86.

Nequam & miser. Bacch. 2.2.ỳ.17.

Nequam, inutilis est. Caper Grammat. *Malus & nequam*. Asin. 2.2. ỳ.39.

Nequam: opponitur *frugi*. Pseud. 1. 5.ỳ.53.

Nequam piscis. Asin. 1.3.ỳ.26.

Neque dum. Trin. 5.2.ỳ.125.

Neque non; affirmat. Curc. 4.4. ỳ.23.

Neque haud. Græcorum more fortiter negat. Epid. 5.1.ỳ.57. Bacch. 4.9.ỳ.1. 4. Aul. 2.4.ỳ.7.

Neque quidem. Asin. 4.1.ỳ.14.

Nequeo quin. Men. 2.1.ỳ.28.

Nequicquam; gratis, frustrà. Alibi sic vsurpat pro *Frustrà*. Menæch. 4.3. ỳ.20. *Nisi feres argentum, frustrà me ductare non potes*. Amphitr. 2. 2.ỳ.205. Asin. 3.3.ỳ.108. Cist. 4. 2.ỳ.73. Bacch. 1.2.ỳ.25. & 4.4. ỳ.50. Most. 1.3.ỳ.94.132. & 5.2. ỳ.54. Men. 1.2.ỳ.14. Mil. 5.1.ỳ. 3. Pseud. 1.5.ỳ.21. Rud. 2.4.ỳ.25. Pers. 3.1.ỳ.30. & 4.3. ỳ.46. Trin. 2.4.ỳ.164. & 4.2.ỳ.131. Merc. 1. 2.ỳ.83. Pœn. 3.6.ỳ.7. Rud. 4.4. ỳ.97.

Nequior & indignior. Bacch. 4.3. ỳ.5.

Nequior: deterior. Most. 1.2.ỳ.32. Men. 2.3.ỳ.79.

Nequire quin: non posse sibi temperare quin. Men. 1.3. ỳ.8.

Nequiter: pro, *remissè, languidè, malè*. Asin. 3.3.ỳ.88.

Nequiter: inutiliter, sine succes-

su. Amph.1.3.ỳ.23. Casin. 5.4.ỳ. 18. Most.2.1.ỳ.63.65. Men.1.1. ỳ.7.& 4.2.ỳ.86.& 5.5.ỳ.61.Mil. 4.7.ỳ.2.Rud. 3.5.ỳ.57.

Nequitia: pro *peccatum*. Bacch.1.2. ỳ.4.

Nequitiæ stabulum. Cas.2.1.ỳ.13.

Nequitur. Rud.4.4.ỳ.20. Apuleius: *Sola virginitas cum semel erepta, reddi nequitur.*

Nequius. Bacch.4.4.ỳ.8.

Nere subtemen. Merc.3.1.ỳ.21.

Nere filum. Merc.4.4.ỳ.15.

Nerei filiæ. Epid.1.1.ỳ.34.

Nerione: Martis vxor. Truc. 2. 6. ỳ. 34.

Neruus: pro torto fune & vinculis. Aul.4.10.ỳ.13. Curc. 5.3.ỳ.12. 42.45. Capt.3.5.ỳ.72. Rud. 3. 6. ỳ.34.38.51. Glossæ: *Neruus*; ξύλοπίδη. Attici veteres simpliciter *neruum* vocabant κᾶλον, lignum. Vnde qui ex lege *Nexi* erant legg. Athenienſibus dicebantur ἐγκαλοσκαλεῖς. Terent. Phorm. 4. 4.ỳ.16. *In neruum potius ibit.*

Neruus brachialis: de osculo. *Condere in neruum brach.* Pœn. 5.4. ỳ.97.

Nescia loca: ignota. Rud.1. 5.ỳ.17. Capt.2.2.ỳ.15. Passiuè: vt, *Ignotus*, actiuè. Vide Agell. lib. 9. cap.12.

Nescia spe. Rud.1.5.ỳ.17.

Nescibo: ἀγαϊκῶς. Capt.2.2.ỳ.15.

Nescio-qui, Nescio-quis, Nescio-quid, Nescio-quæ. Sic loqui amant Scriptores, cùm incertæ rei fingitur nomen non exstare. Exempla apud Plautum nostrum hæc sunt. Amph.1.1.ỳ.175.197.266. *Nescio-vnde*. & 5.1.ỳ.11. Curc.5.2.ỳ.43. Epid.4.1.ỳ.11. *Nescio-vbi*. Cist. 4.2.ỳ.59. *Nescio-quò*. Vide etiam Epid.5.2.ỳ.24. Bacch.5.1.ỳ. 18. Merc.2.1.ỳ.34. Men. 2.3.ỳ.55. & 5.7.ỳ.13. Most.3.2.ỳ.75. Mil.2. 2.ỳ.11.18. & 2.3.ỳ.18. Pseud.2.3. ỳ.27. Rud.2.7.ỳ.3. Turc.2.3.ỳ. 15. Sic Virgil. Eclog. III.ỳ.103. Iuuenal. Sat. xvi.ỳ.30. Phœbadius cap.8. *Fecisti igitur de Spiritu Dei & carne hominis nescio-quid tertium.* Vsque adeò autem proprium nomen factus est iste *Nescio quis*, vt apud Gallos homo incertus dicatur *Vn-quidam*. Est is ipsus, quam Græci τὴν Δεῖνα nũcupant, & Hebræi פלני אלמני *Peloni-Almoni*, quod Helleniſtæ φελμωνὶ dixerunt. Quemadmodum τὸ *Cadmoni* cùm de authore dubitant, plærumque adhibẽt Hebræi. Græci enim *Cadmi* vocem vsurparunt, quando de incerto homine loquerentur. Quin vt Græci, ac Theocritus præsertim, cùm parœmiam adducit, ὡς σοφὸς εἶπε, mira suauitate dixerũt: ita Hebræi, כאשר יאמר משל קרמני ὥσπερ ὁ ἀρχαίου εἶπε παροιμίαν, *vt prouerbium antiqui dicit*.

Nescire: non nosse, ignorare. Aul. Prol.ỳ.30.

Nescire de aliquâ re. Merc. 2. 4. ỳ.49.

Nescire satis Bacch.3.3.ỳ.87. *Satin' vt nescias?* Formula notanda.

Nescire aliquẽ: ignorare, non nosse. Curc.5.3.ỳ.46.

Nescium: παρηπικῶς, quod ignoratur, incognitum est. Capt.2.2.ỳ. 15. Rud.1.5.ỳ.17. Virg. in Ciri: *Inscia (λαθόντα) quandoquidem scelus es conata nefandum.* Agellius lib. 19.1. *Aut repentinus nescius periculi nuncius.*

Neu. Trin.5.2.ỳ.21.

Neu:

Neu: neu. Trin. 2. 2. ♆. 16. 34.

Neuelle; nolle. Pseud. 1. 5. ♆. 21.

Neuter: pluralii iunctum. Men. 5. 2. ♆. 35.

Neutiquam: videtur media producta positum esse. Merc. 3. 4. ♆. 14. vti apud Terentium Hecyra. 3. 3. *Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror.* Apud eundem tamen Terentium corripi videtur illo loco And. 2. 1. ♆. 30.

Ego Charine neutiquam officium liberi hominis esse puto. Et Heaut. 2. 3. ♆. 116.

Quapropter hæc res neutiquam neglectust mihi. Sic Pœn. 1. 1. ♆. 71. videtur etiam mediam corripere.

Neuis: pro, non vis. Curc. 1. 1. ♆. 82. Most. 3. 2. ♆. 76. *Nisi tu neuis.* Ger. Wann es dir nicht zu wieder ist. Merc. 1. 2. ♆. 39. Pœn. 5. 2. ♆. 119. Pers. 3. 1. ♆. 30. Trin. 2. 2. ♆. 47. & 5. 2. ♆. 32.

Neutrubi. Aul. 2. 2. ♆. 56.

Neuult; pro, non vult, βούλεται. Epid. 4. 2. ♆. 16. Trin. 2. 2. ♆. 80. 83.

Nĩ: in formâ iurandi. Capt. 4. 2. ♆. 102.

Ni: pro, *ne*. Men. 1. 2. ♆. 1. Merc. 4. 4. ♆. 28. Donatus in Terent. Eun. Sic Varro apud Nonium: *Dominum conuiuij, vinum, aliud ve quid, ni laudato.* Cicero lib. 9. Epist. ad Varr. *Consilij nostri, nisi eos quidem, qui id seculi non sunt, non pœniteat, nobis pœnitendum putarem.* Lucret. II. 738. & 892.

Ni: pro *neu*. Rud. 5. 3. ♆. 64.

Ni: pro, *nisi*. Amph. 1. 1. ♆. 201. & 2. 2. ♆. 161. Curc. 5. 3. ♆. 45. Epid. 4. 1. ♆. 26. & 5. 2. ♆. 34. Bacch. 4. 6. ♆. 8. & sæpè alibi.

Ni: nisi. Iungitur præsenti subiunctiui. *Ni metuam.* Aul. 3. 5. ♆. 49. Cas. Prol. ♆. 7.

Ni, tum. Rud. 3. 4. ♆. 47.

Nictare. Asin. 4. 1. ♆. 39. Men. 4. 2. ♆. 49. Merc. 2. 3. ♆. 72.

Nidamenta: sunt flocci, pinnæ, muscus, tomentum, pili, acus, cæteraque, vnde aues nidos conge-runt. Rud. 3. 6. ♆. 51.

Nidor culinæ: de seruo, qui in culina creber. Most. 1. 1. ♆. 5.

Nihil: frustra. Curc. 3. ♆. 14. Pœn. 1. 3. ♆. 11.

Nihil agere: nihil promouere. Elegans formula. Cas. Prol. ♆. 77. Cure. 5. 3. ♆. 29. Epid. 1. 2. ♆. 9. Merc. 2. 3. ♆. 134. Pœn. 5. 4. ♆. 71. Trin. 4. 2. ♆. 134. Horat. lib. 1. Sat. 9. ♆. 15. Vide paulò post, *Nil agis.*

Nihil: pro, *non*. Curc. 2. 2. ♆. 15. Bacch. 5. 2. ♆. 63. Mil. 4. 2. ♆. 16. Pseud. 5. 2. ♆. 30. Cist. 2. 3. ♆. 59. Most. 2. 2. ♆. 92. & 3. 2. ♆. 21. Stich. 4. 1. ♆. 10.

Nihil est, quod: nulla causa est, cur. Merc. 2. 2. ♆. 46. Most. 3. 2. ♆. 1.

Nihil est: non est operæpretium. Capt. 2. 2. ♆. 94.

Nihil est; frustra est. Germ. Es hilfft nichts. Asin. 1. 2. ♆. 20.

Nihil esse: pro, *nullius frugis*. Capt. 4. 4. ♆. 13. Cas. 1. 1. ♆. 31.

Nihil nouum. Mil. 3. 3. ♆. 31.

Nihil mirum. Pers. 4. 6. ♆. 6.

Nihil quicquam: pro, *nihil*. Bacch. 4. 9. ♆. 113.

Nihil captio. Epid. 2. 2. ♆. 113. Vide *Parum.* Symm. *Nihil negotium.*

Nihil est lucri, quod me hodie facere mauelim, quam: id est, nihil magis optarem. Bacch. 4. 8. ♆. 18.

Nihil clam: non clam. Mil. 3. 3. ♆. 9.

Nihil propius fuit, quàm vt. Mil. 2. 5. ♆. 65. Sic Cicero pro Rabir. Posth.

Nec mihi longius quicquam est, quàm videre hominum vultus.

Nihil quæstús. Pseud. 4.7. ỽ. 100.

Nihili: scil. *homo.* ἐλεπτικῶς. Cas. 2. 3. ỽ. 29.

Nihili cananicola. Cas. 2. 3. ỽ. 22.

Nihili esse. Comicè dicitur. Bacch. 1.1. ỽ. 58. & 5.2. ỽ. 38. Most. 1.2. ỽ. 76. Pœn. 1.2. ỽ. 69. Pseud. 1.3. ỽ. 10. Pers. 1.3. ỽ. 14. & 2.1. ỽ. 11.

Nihili esse: de amore. Pseud. 1. 3. ỽ. 10.

Nihili pendere. Men. 5. 7. ỽ. 4. Pœn. 3. 1. ỽ. 17. & 5.5. ỽ. 21. Trin. 3.1. ỽ. 6.

Nihili facere. Bacch. 1.1. ỽ. 56. Pseud. 4.6. ỽ. 23. & 4.7. ỽ. 2. Stich. 4.2. ỽ. 54.

Nihili tibicen. Merc. 1.2. ỽ. 15.

Nihili vir. Cas. 3.2. ỽ. 29.

Nihili fieri: castrari. Mil. 5. 1. ỽ. 16.

Nihili homo. Asin. 2. 4. ỽ. 66. Bacch. 4 8. ỽ. 63. & 5.2. ỽ. 69. & *Grex.* ỽ. 1. Trin. 4.3. ỽ. 6. 10. Truc. 2.3. ỽ. 12. & 2.7. ỽ. 39. 49. & 3.2. ỽ. 27.

Nihili seruus. Men. 5.6. ỽ. 7.

De *Nihilo irasci.* Truc. 4.2. ỽ. 56.

Nihilo pluris, quam si. Bacch. 3. 4. ỽ. 21.

Nihilo minus est. Pseud. 4. 1. ỽ. 27.

Nihilo plus, quam. Most. 1.3. ỽ. 5.

Nihil moror. Formula, qua vtimur, cum quid quasi respuere & contemnere, vel certè non magnopere desiderare velle videmur. Curc. 4.2. ỽ. 29. Epid. 3.2. ỽ. 14. & 5.2. ỽ. 21. Mil. 3.1. ỽ. 163. Pœn. 2.1. ỽ. 45. *non moror.* Pœn. 5.4. ỽ. 101. Rud. 3.6. ỽ. 14. & 4.7. ỽ. 22. Stich. 2.1. ỽ. 52. & 3.1. ỽ. 23. & 5. 4. ỽ. 32. Trin. 2.2. ỽ. 18. 56. & 2. 4. ỽ. 110. & 5.2. ỽ. 34. Truc. 2.2. ỽ. 4. & 2.6. ỽ. 61. & 4.3. ỽ. 18. Vide supra: *Morari.*

Nihilo sectius. Vide litt. S.

Nil agis. Trin. 4.2. ỽ. 72. 134. Rud. 4.3. ỽ. 57. Vide paulo ante, *Nihil agere.*

Nil est cur. Pœn. 4.2. ỽ. 102.

Nil nisi ne. Curc. 2.1. ỽ. 7. *Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar.*

Nimbata meretrix: quæ tecta est fascia frontali, ne frons conspiceretur. Pœn. 1.2. ỽ. 135.

Nimbus: erat fascia frotalis transuersa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum. Sic Isid. lib. 19. cap. 31. Inde *Nimbata mulier*, tecta tali fasciola. Pœn. 1.2. ỽ. 135. Reddendum hoc vocabulum Prudentio:

A ceruice fluens tenui velamine nimbis
Concipit ingestas textis turgentibus auras.

Antea nullo sensu, aut sane minus commodo legebatur *limbis.* Idem apud eundem alibi quoq; occurrit:

---aut Paphiam niuea vehere columba
Cuius inauratum tremeret gens Persica nimbum.

Tertullianus, ni fallor, vocat *linteolum, fimbriam, villum, & filum.* Titinnius Setina: *Quasi Hermaphroditus fimbriatâ frontẽ gestitas.* notat mulierositatem hominis effeminati, & euirati. apud Nonium male *fibriatum.* nullo sensu. Apud Petronium puto *licium* dici: *Illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meam.*

Nimiò. Frequenter iungitur comparatiuo. Most. 1.1. ỽ. 69. *Nimio celerius.* *Nimio*

Nimio citius. Trin. 2. 2. ℣. 106.
Nimio docilior. Bacch. 1. 2. ℣. 56.
Nimio melius. Perſ. 1. 3. ℣. 31.
Nimio melius, quam. Truc. 2. 5. ℣. 17.
Nimio minus multo parum. Bacch. 4. 4. ℣. 21. h. e. nihil omninò. Mil. 3. 1. ℣. 122.
Nimio: pro, nimio pretio. Moſt. 3. 2. ℣. 2.
Nimio: pro valde. Moſt. 1. 2. ℣. 65. Merc. 3. 2. ℣. 6. Rud. 3. 1. ℣. 14. Trin. 4. 3. ℣. 33. Capt. 3. 3. ℣. 1. Truc. 4. 1. ℣. 6. *Nimiò magnus.*
Nimio minus quàm: multò minus. Rud. 1. 3. ℣. 1. & 2. 5. ℣. 3. Truc. 2. 5. ℣. 3. & 3. 2. ℣. 4. Sic Lucretius li. 5. *Nec nimio Solis maior rota.*---
Vide Lexicon Lucret.
Nimiò multò tantò plus. Comicæ particulæ notandæ, in quibus ſunt gradus augmenti. Stich. 2. 3. ℣. 14. Men. 5. 2. ℣. 49. Bacch. 4. 4. ℣. 21. *Nimio minus multo parum.* & Banch. 1. 2. ℣. 14. *Nimiò plus quàm*: & ℣. 42. *Nimiò iam multò plus quàm volueram.* Moſt. 5. 1. ℣. 54. *Minoris multò facio quàm.* Bacch. 1. 2. ℣. 14. Truc 2. 6. ℣. 12. Frequentiſſimè autē *Multo tanto* cum gradu comparatiuo. Apul. Apolog. *Accipe aliud pari quidem ſtultitia, ſed multo tanto vanius & nequius excogitatum.* Idem Metam. lib. 10. *Lumen propter adſiſtens, de ſtagneo vaſculo multo ſeſe perungit oleo balſamo, meq; indidem largiſſimè perfricat; ſed multo tanto impenſius etiā naresperpendit meas.* Seneca Epiſt. 72. *Beatus verò, & virtutis exacta tunc ſe maximè amat, cùm fortiſſimè expertus eſt: & metuenda cæteris non tantum fert, ſed amplexatur: multoque tanto audire mauult melior, quàm fortior.* Vide etiam Lexicon Lucret. Dan. Parei.
Nimiò ocius. Stich. 5. 5. ℣. 5.
Nimio ſatius eſt, quam. Bacch. 1. 1. ℣. 43. Trin. 2. 2. ℣. 30.
Nimio: pro, *multo.* Moſt. 2. 2. ℣. 12.
Nimiò mauolo. Pœn. 1. 2. ℣. 90.
Nimio rectius. Bacch. 2. 3. ℣. 80.
Nimio celerius. Moſt. 1. 1. ℣. 69.
Nimio pluris facere. Trin. 1. 1. ℣ 12.
Nimio liquidus Stich. 5. 4. ℣. 18.
Nimio, quam; potius, quam. Pſeud. 1. 3 ℣. 46. *Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quàm illud quod piget.* Bacch. 3. 2. ℣. 12.
Nimis: pro, *valde.* Amph. 2. 2. ℣. 198. 228. Aſin. 2. 4. ℣. 4. & 3. 2. ℣. 43. & 3. 3. ℣. 84. Aul. 1. 1. ℣. 22. & 2. 3. ℣. 5. & 4. 6. ℣. 4. Curc. 1. 3. ℣. 11. & 2. 3. ℣. 42. Caſ. 2. 3. ℣. 5. Epid. 2. 2. ℣. 24. 97. Moſt. 1. 3. ℣. 20. 108. 133. & 5. 2. ℣. 21. Merc. 2. 3. ℣. 33. Mil. 2. 2. ℣. 93. & 4. 8. ℣. 24. 38. & 2. 5. ℣. 58. & 3. 2. ℣ 57. Merc. 1. 2. ℣. 15. Pœn. 3. 3. ℣. 52. Pſeud. 2. 2. ℣. 4. & 4. 1. ℣. 11. & 4. 3. ℣. 3. & 4. 8. ℣. 6. Rud. 2. 6 ℣. 27. & 3. 2. ℣. 48. & 3. 3. ℣. 19. & 4. 2. ℣. 15. & 4. 5. ℣. 114. Stich. 2. 2 ℣. 38. & 5. 4. ℣. 21. 31. Truc. 2. 1. ℣. 36. & 2. 2. ℣ 10.
Nimis factum bene. Formula in re læta. Capt. 2. 2. ℣. 25. Stich. 2. 3. ℣ 49.
Nimis lepidè. Aul. 3. 5. ℣. 23.
Nimis malè. Aul 2. 2. ℣ 31. Pſeud. 4. 1. ℣. 11. *Nimis malè metuebant.*
Nimis miſeriam. Mil. 1. 1. ℣. 68. Sic ibi Ms. Decurt. Vide litt. P. *Parum fidem.*
Nimis quàm: valde. Capt. 1. 1. ℣. 34. ſicut: *oppidò quam, admodum quā.* Moſt 2. 2. ℣. 78.
Nimium: valde. Truc. 5. 1. ℣. 4.
Nimium mirus modis mirabilis. Trin. 4. 2. ℣. 86.

Nimium quam: nimis quam. Bacch. 1.2.ỳ. 13.

Nimiumquantū. Truc. 2.6 ỳ. 26. Sic quidē ibi nonnulli legendū arbitrātur. Nec repugnarē, si adstipulatores haberem Membranas, quibus vsus sum. Proba enim vox est, quâ plures vsi authores. Vide Muretum in var. lect. & Ianum Gulielmium in Verisimil. aliosque. Sic dicebant veteres, *Mirum quantum*, *immane quantum*, & *plurimum quantum*, πλεῖστον ὅσον. apud Florum lib. 4. cap. 3. *plurimum quantum fauoris dabat partibus fraternitas durum*. Asserunt quoq; nouitii Editores hanc dictionem Ciceroni lib. 4. de Fin. cap. 25. *nimiumquantum nescio quid immensum*. Idem Orat. ad Bruc. cap. 26.

Nisi: eleganter vsurpatur in comparationibus: pro *atque*. Most. 3. 3. ỳ. 3.

Nisi. Habet interdum eam vim, quam habet vernacula nostra. Germ. Es sey dann sach/ daß &c. Mil. 2.2. ỳ. 29. *Nisi quid aliud vis*.

Nisi si. Elegans particula. Nam τὸ si alias omitti solet. Curc. 1.1. ỳ. 51. Most. 3.2. ỳ. 83. Men. 2.1. ỳ. 23. Truc. 3.2. ỳ. 2. & 4.3. ỳ. 8.

Nisi: pro eo, quod vulgo dicitur, *Excepto hoc, vel illo, &c.* Asin. 4.1. ỳ. 19. Capt. 1.1. ỳ. 20. & 2.3. ỳ. 34. & 4.4. ỳ. 8. Bacch. 3.2. ỳ. 3. & 2.3. ỳ. 90. & 3.6. ỳ. 35.

Nisi: eleganti vsu: pro, *nisi forte*. Aul. 3.2. ỳ. 16.

Nisi item. Amph. 1.1. ỳ. 123.

Nisi quid. Elegans forma excipiendi. Aul. 2.2. ỳ. 22. Asin. 1.1. ỳ. 95. Most. 3.1. ỳ. 8. 80. Pseud. 4.7. ỳ. 46. Pœn. 5.4. ỳ. 36.

Nisi qui. Truc. 4.2. ỳ. 9.

Nisi quis, qua. Truc. 4.4. ỳ. 1.

Nisi quidem; certò edepol. Elegantes particulæ. Mil. 2.5. ỳ. 1.

Nisi quidem. Aul. 1.1. ỳ. 27.

Nisi quod: tantum quod. Trin. 4.3. ỳ. 25.

Nisi: interdum dissimilia, & diuersi generis excipit & excludit. Men. Prol. ỳ. 59. *Et liberorum nisi diuitiæ nihil erat*.

Nisi quia tamen. Truc. 4.3. ỳ. 11.

Nisi quia: excepto eo, quod. Cist. 2. 1. ỳ. 12.

Nisi: pro, *sed*. Aul. 2.7. ỳ. 3. Stich. 2.1. ỳ. 112. Pseud 4.6. ỳ. 40. Terent. Eun. 3.4. ỳ. 10. Adelph. 1.2. ỳ. 73. Hecyr. 1.2. ỳ. 118.

Quid egerint inter se, nondum etiam scio:

Nisi sanè curæ est quorsum euenturum hoc siet.

Cic. lib. 13. Epist. *De re nihili possum iudicare; nisi illud mihi certò persuadeo; te talem virum nihil temerè fecisse*. Idem ad Att. lib. 5. Epist. 10. & lib. 11. ep. 6. & 23. Sic Cato de Re R. cap. 77. 80. 82.

Nisi: præter, præterquam. Asin. 4.1. ỳ. 48. & Epid. 1.1. ỳ. 20. *Nisi si*.

Nisi modo: eleganter. Mil. 4.4. ỳ. 30.

Nisi me animus fallit. Men. 5.9. ỳ. 23.

Nisi quid. Pseud. 4.7. ỳ. 47.

Nisi quidem: pro eo, quod dicimus, *Excepto eo*. Cist. 1.1. ỳ. 89. Trin. 4. 3. ỳ. 56.

Nisi: non. Rud. 2.4. ỳ. 20. *Nisi multis blanditiis; à me gutta non ferri potest*.

Nisi, tamen. Truc. 2.7. ỳ. 13.

Nisi: pro, *tantum*. Epid. 2.2. ỳ. 81. *Nisi ea, quæ vis, volo*. Sic vsurpatur etiam. Cas. 5.2. ỳ. 30. Cist. 1.1. ỳ. 5. Rud. 3.4. ỳ. 45. & 4.3. ỳ. 86.

Nitere nitide. Truc. 2.4. ỳ. 3.

Nitere;

Nisi uti Trin. III. 2, 93 (718)

Nitere; de ouibus. Bacch. 5. 2. ℣. 6. quando lanam nitidam habent.

Nitidæ ædes: mundæ. Stich. 1. 2. ℣. 8.

Nitide ac lepide accipere. Ciſt. 1. 1. ℣. 12.

Nitide ſita ſunt ſuo loco. Pœn. 5. 4. ℣. 5.

Nitidiuſcule curare. Pſeud. 3. 1. ℣. 8.

Nitidiuſculum caput: vnctum ſcil. oleo. Pſeud. 1. 2. ℣. 84.

Nitidum; de amantibus, perpetuo mundis ac nitidis. Caſ. 2. 3. ℣. 1. 9. Iuuenal. --- *hilares nitidiq; vocantur*.

Nitor & dium; de munditia. Pſeud. 1. 2. ℣. 28.

Niue, niue. Rud. 3. 4. ℣. 9. *Niue eas oportet eſſe liberas, niue te in carcerem compingier*.

Nix us genibus. Rud. 3. 3 ℣. 33.

Nobilis apprimè. Ciſt. 1. 2 ℣. 10.

Nobilis ſcelere. Rud. 3. 2. ℣. 5.

Nobiles homines. Trin. 4. 1. ℣. 9.

Nobis ἁπαξλεγ. Epid. 1. 1. ℣. 23. *Iam tu autem nobis præturam geris*?

Nobis præſente; abſente. Amph. 2. 2. ℣. 196.

Nobiſcum; pro, *nos*. Pœn. 3. 2. ℣. 24. Vide, *Pleonaſmus*, in Mantiſſa.

Nobilis; notus. Pſeud. 4. 7. ℣. 10.

Nocere de aliqua re. Mil. 5. 1. ℣. 18.

Nocere nocti; dicitur is, qui ſe non recipit domum ante noctem. Curc. 1. 3. ℣. 73. Contrarium *cedere* aut *decedere nocti*. Virgil. *---nec ſera meminit decedere nocti*. Idem: *---- & ſera ſolam decedere nocti*.

Noceri. paſſiue. Mil. 5. 1. ℣. 21.

Nociturus. Mil. 5. 1. ℣. 21. *Iuro, me nociturum nemini*.

Noctes: de concubitu. Pœn. 1. 2. ℣. 62 Truc. 1. 1. ℣. 21. 28.

Noctes cœnatæ. Truc. 2. 2. ℣. 24.

Noctes dieſq;. Pœn. 1. 2. ℣. 18.

Noctes pura)(*ſpurca*. Aſin. 4. 1. ℣. 61.

Noctu hac. Trin. 4. 2. ℣. 27.

Noctu-vigila Venus. Vide *Venus*.

Noctu; pro, *nocte*. Amph. 1. 1. ℣. 115. 248. 256. & 2. 2. ℣. 99. Mil. 2. 4. ℣. 34. Vide Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 4.

Noctua ſonus *Tou Tou*. Men. 4. 2. ℣. 90.

Nocturna ora. Pœn. 1. 2. ℣. 107.

Nocturninus; Deus noctis. Amph. 1. 1. ℣. 116.

Nodum in ſcirpo quærere. Men. 2. 1. ℣. 22. Vide *Prouerbia* in Mantiſſa.

Nomen eſt Chryſalo. Bacch. 4. 4. ℣. 53.

Nomen ei eſt Phroneſium. Truc. Prol. ℣. 12.

Nomen eſt ℔ : cum dandi caſu. Trin. Prol. ℣. 18. 20. & 2. 2. ℣. 110. Rud. Prol. ℣. 5. *Nomen eſt Arcturo*.

Nomen expungere: eſt, perſoluta debita pecunia è tabulis delere alterius nomẽ. Ciſt. 1. 3. ℣. 41. Hermogenianus l. 13. de diuerſ. *Reip. rationes ſubſcriptæ & expunctæ*. Tertull. *Quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt*.

Nomen dare; adſcribi. Inde *Adſcripti* apud Feſtum. Pſeud. 4. 6. ℣. 38. *Nomen dare ad molai coloniam*.

Nomen facere alicui ℔. Trin 4. 2. ℣. 1. *Nomẽ faciam Trinumo*. Bacch. 4. 9. ℣. 21. *Nomen facio Ilio*. Men. 1. 1. ℣. 1. *Iuuentus nomen fecit peniculo mihi*.

Nomen ferre. Pſeud. 4. 7. ℣. 7.

Nomen indere ℔. Stich. 2. 1. ℣. 20. & 2. 3. ℣. 8.

Nomen nominare. Aſin. 4. 1. ℣. 35.

Nomen quid. Men. 3. 2. ℣. 33. & 5. 9. ℣. 71. & 5. 2. ℣. 60.

Nomen: pro debito, & causa. Asin. 2. 4. ℣. 48.

Nomina longa contortiplicata. Pers. 4. 6. ℣. 26.

Nomen: accusatio. *Apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum*. Truc. 4. 2. ℣. 47.

Nomen & omen. Pers. 4. 4. ℣. 74.

Nominatim. Rud. 4. 4. ℣. 90.

Non: pro, nonne. Amph. 1. 1. ℣. 244. 251. & 2. 2. ℣. 71. Asin. 1. 3. ℣. 63. Epid. 4. 2. ℣. 16. Men. 2. 3. ℣. 56. 83. & 3. 1. ℣. 8. & 3. 2. ℣. 50. & 5. 2. ℣. 72. & 5. 5. ℣. 13. Merc. 4. 4. ℣. 18. & 5. 2. ℣. 89.

Non dicam dolo: elegans forma. Men. 2. 1. ℣. 3.

Non ego sum; nisi. Pœn. 1. 2. ℣. 168.

Non enim, &, *Nunc enim*, eleganter ordiuntur sermonem. Aul. 1. 1. ℣. 29.

Non forte: pro, *non sic de nihilo & temere est*. Most. 3. 2. ℣. 5. Propert. *Nõ sic de nihilo fulminis ira cadit*. Vide infra: *Temere*.

Idem: *Non sum de nihilo blandus amator ego*. Vide etiam: *Temere*.

Non fuit quando. h. e. numquam fuit. Most. 3. 2. ℣. 1.

Non faceres: pro, non facere deberes. Trin. 1. 2. ℣. 96. *Non redderes: neq; emeres, neq; venderes*. h. e. non deberes &c.

Non licet aqua lege. Cist. 2. 1. ℣. 55.

Non places. Formula reiiciẽdi. Capt. 4. 2. ℣. 90.

Non possum, quin. Trin. 3. 2. ℣. 79.

Non potest, quin: elegans formula. pro, *non potest se continere, quin*. Bacch. 3. 6. ℣. 30.

Non sat id est: ni etiã. Trin. 2. 1. ℣. 20

Non secus, quam si. Amph. 5. 1. ℣. 26.

Non tibi supplico. Vide litt. S.

Nosq; nosmet: nosmetipsos. Truc. 1. 1. ℣. 38.

Noscere & Cognoscere: apud Hebræos, Græcos, & Latinos, in re Venerea vsurpata. Most. 4. 2. ℣. 13. Pers. 1. 3. ℣. 51. 52. Cæs. lib. 6. belli Gallici de Germanis cap. 21. *Intra annum vero vicesimum fœminæ notitiam habuisse in turpissimis habent*. Ouid. *Turpiter illa virum cognouit adultera virgo*.

Noscere: pro, cognoscere. Capt. 2. 2. ℣. 40. Cist. 4. 2. ℣. 49. Pseud. 4. 2. ℣. 29. Stich. 1. 1. ℣. 4. & 1. 2. ℣. 67. Trin. 2. 4. ℣. 44. Truc. 2. 1. ℣. 18. Bacch. 4. 6. ℣. 19. Mil. 3. 1. ℣. 41. Amph. 2. 1. ℣. 80. Pœn. 4. 2. ℣. 71.

Noscere: intelligere. Asin. 1. 1. ℣. 19. Aul. 3. 2. ℣. 27. & 4. 10. ℣. 51.

Nosce teipsum. Dictum Thaletis. Pseud. 4. 2. ℣. 17.

Noscito: noscо, recognoscо. Men. 5. 9. ℣. 5. Epid. 4. 1. ℣. 10. Cist. 4. 2. ℣. 14. Mil. 2. 6. ℣. 41. Trin. 4. 2. ℣. 21.

Noscere aquo animo. Pœn. Prol. ℣. 126.

Nosse: ambiguo, & petulanti sensu. Pers. 1. 3. ℣. 51. Most. 4. 2. ℣. 13.

Noster: pro domestico. Mil. 2. 3. ℣. 79 & 2. 5. ℣. 21. 23.

Noster esto: adblandientis formula, vel laudantis ob rectè dictum vel factum. Bacch. 3. 3. ℣. 39. Mil. 3. 3. ℣. 25. Truc. 5. 1. ℣. 6. Terent. Eun. 1. 2. ℣. 74. *Eu! noster, laudo, vir es*. Virg. 2. Æneid.

Noster eris.

Noster cibus. Pœn. 3. 6. ℣. 15. *Nostro seruire nos cibo*. h. e. nostro sumtu. Terent contrà, Eun. 2. 2. ℣. 34 *Videri otium & cibus quid faciat alicuius*.

Nostra ætas: pro, *nos*. Bacch. 2. 3. ℣. 121. Vide *Ætas*.

Nostri: dixerunt vett. de iis, qui in eadem

eadem secum familia erant: sicut cæteros *Alienos*. Amph. 1.1.ỳ. 241. Forte etiam. Asin. 2.3.ỳ.7. Stich. 1.2.ỳ.26. Sic, *Mei*. Mil. 3.1. ỳ.204.

Nostrorum: nostrûm. Pœn. 4.2.ỳ.39 *Qui sunt nostri*.

Notio: cognitio. Truc. 2.7.ỳ.61.

Notum malum. Trin. 1.2.ỳ.25.

Notus: qui nouit. Pseud. 4.2.ỳ.39. Ita Donatus explicat illud Eunuchi Terent. 5.2.ỳ.4. *Notus quidam mihi obuiam venit*. Nœuius Lycurgo: *Ignoti iteris sumus*. h.e. insciі.

Nouiter. Aul. Sc. Quid hic.ỳ.5.

Nouitius homo, & nuperus: inexpertus, inexercitatus. Capt. 3.5.ỳ.60

Nouum adferre. Cas. Prol.ỳ.70.

Nouus: ignotus. Pseud. 2.4.ỳ.9.

Nox: pro concubitu. Asin. Arg.ỳ.5. & 1.3.ỳ.42. & 3.3.ỳ.34. 147. Truc. 5.1.ỳ.48. Horat. Epod. 15.

Non feret assiduas potior, potior te dare noctes.

Nos: noctu. *Prisc*ian. Asin. 3.3.ỳ.7. Cas. 5.2.ỳ.8. Rud. 2.4.ỳ.4. Trin. 4.2.ỳ.22. Truc. 2.6.ỳ.66. Sic Ennius: *Si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux*.

Nox multa. Cist. 1.3.ỳ.11.

Nox spurca: de concubitu dicitur. Asin. 4.1.ỳ.62.

Nox ducitur: de scortatione. Trin. 2.1.ỳ.21. Truc. 1.1.ỳ.28. Pœn. Prol.ỳ.108.

Noxa, & *noxia*: peccatum grauius. Distinguunt tamen Iurisconsulti ad l. plebs. 238. §. 3. & in l. stipulatio 200. ff. de verborum significatione. Cas. 2.8.ỳ.73. Mil. 5.1.ỳ.23. Merc. 4.3.ỳ.30. Pœn. 1.1. ỳ.15. Truc. 4.3.ỳ.60.

Noxia merita. Trin. 1.1. ỳ.1.4.

Noxia carere. Bacch. 4.9.ỳ.82.

Noxiam amittere. Pœn. 1.2.ỳ.191.

Noxiam remittere. Most. 5.2.ỳ.47. 55.56. idem omnino est, quod *noxa*. nisi quod hoc Oratorum, alterum Poetarum. Perperam igitur distinguunt Grammatici.

Noxijs vacuus. Merc. 5.4. ỳ.23.

Noxius. Merc. 4.3.ỳ.26.

Nubere alio. Stich. 1.2.ỳ.13.

Nubere cum aliquo: pro, nubere alicui. Amph. Prol.ỳ.99.

Nubere: pro, *meretriciam exercere*, adeoque pro ipso σωμασαμῷ. Cas. 2.8. ỳ.47. Cist. 1.1.ỳ.45. Pseud. 1.3.ỳ.79. Martial. lib. 1. Epig 25. de impudico:

Nolito fronti credere, nupsit heri.

Iustin. lib. 31. de Antiocho: *Rex ipse per hiemem in luxuriam lapsus, nouis quotidie nuptiis deditus erat*. Cæterum tales nuptias *caninas* vocat Hieronym. ad Oceanum de vnius vxoris viro. Eodem modo conditionis vocabulum honestum male audire cœpit. Cicero pro Cælio: *Ex hortis licet cotidie conditiones legas*.

Nubere: de viris. Cas. 5.1.ỳ.5. Exempla huius significationis contra I. Scaligerum pro Roberto Titio plurima adduxit *Albericus Gentilis* de Nuptiis lib. 2. cap. 3. pag. 126.

Nubes ater: masculeo genere. Merc. 5.2.ỳ.38. Vbi Rittershus. leg. *Nubs ater*. Vide Animaduersiones.

Nubi cum aliquo. Asin. 5.2.ỳ.20.

Nubilus animus. Cist. 2.1.ỳ.5.

Nubunt liberi. Trin. Arg. ỳ.9.

Nuces. Stich. 5.4. ỳ.8.

Nuces fricta: hoc est, coctæ & tostæ. Pœn.

Pœn. 1.2. ℣.113. Meminit & Horatius in Arte. ℣.249.

Nucifrangibula: dentes, quibus nuces franguntur. Bacch. 4.2. ℣.16.

Nuculeus & nucleus, dicebant veteres, *vt tempulum*, & *templum*, *periculum*, *periclum*. Capt. 3.4. ℣. 122. Curc. 1.1. ℣.55.

Nudius tertius. Truc. 1.1. ℣.73.

Nudius tertius, *quartus*, *quintus*, *sextus*. Most. 4.2. ℣. 40. Truc. 1.1. ℣.73. & 2.6. ℣.28. & 3.2. ℣.101.

Nudum abire: spoliatum suis bonis. Truc. 2.2. ℣.46.

Nudus: pro, *vestimentis spoliatus*. Amph. 1.1. ℣.148. Asin. 1.1. ℣.78.

Nuga. Hebraicum & Syriacum vocabulum: & sonat mœrorem, motionem, à נוּע quod est moueri; sicut *Nænia* eâdem linguâ planctum notat. Asin. 4.1. ℣.63. Vide etiam *Mortalia*.

Nuga! absolutè. Curc. 1.3. ℣. 36. Capt. 5.2. ℣.16. Bacch. 4.3. ℣.34. Pseud. 1.3. ℣.9.

Nuga, non-nuga. Asin. 4.1. ℣.63.

Nuga magna. Cas. 2.5. ℣.25.

Nuga mera. Men. 1.1. ℣.10. Pœn. 1.2. ℣.135.

Nugæ sunt. Truc. 2.1. ℣. 21. & 4.2. ℣. 55.

Nugæ theatri. Conuitium Comicum, vt Donatus explicat ad Eunuch. Terent. Pseud. 4.6. ℣.19.

Nugas. ἐκθετικῶς. sc. *agis*. Capt. 3.4. ℣.80. Cas. 5.3. ℣.12. Pers. 4.7. ℣.8. Most. 5.1. ℣.39. *Nugas! numquã dabit*.

Nugas meras: absolutè. Curc. 1.3. ℣.43.

Nugas agere. Aul. 4.4. ℣.10.23. Capt. 3.4. ℣.95. Cas. 3.6. ℣.22. Cist. 2.3. ℣.39. Men. Prol. ℣.54.55. & 4.2. ℣.57.58.59.66. Pœn. Prol. ℣. 81. 82. & 3.5. ℣.31. Trin. 2.3. ℣. 5. Merc. 1.2. ℣.10.

Nugas blattire. Curc. 3. ℣.82. Amph. 2.1. ℣.79.

Nugas garrire. Curc. 5.2. ℣.6.

Nugas aufer. Truc. 4.4. ℣.7.

Nugas postulare. Trin. 2.4. ℣. 40.

Nugas maximas præ vt. Merc. 2.4. ℣.1.

Nugas prædicare. Curc. 5.3. ℣.1.

Nugas probare, garrire. Aul. 5.1. ℣. 19.21.

Nugas: Sycophanta nugatorius: *nugator*. Trin. 3.3. ℣.90. Probum vocabulum: σπουδαῖος, ἀστεῖος.

Nugari alicui. Epid. 3.4. ℣.46.

Nugator. Trin. 5.2. ℣.14.

Nugator graphicus. Trin. 4.2. ℣.91.

Nugator nimius. Capt. 2.2. ℣.25.

Nugator lepidus. Curc. 4.1. ℣.1.

Nugatoriæ artes. Trin. 4.2. ℣.2.

Nugatorium nomen. Trin. 4.2. ℣.95.

Nugidololoquides: compositio ficta. Pers. 4.6. ℣.21.

Nugigeruli: qui nugas circumferũt, & hinc inde gerunt. Aul. 3.5. ℣.51.

Nugis meditari. Pseud. 4.7. ℣.107. Vide litt. M.

Nullus sum. Comica formula: idem quod *perij*. Asin. 5.2. ℣.72. Merc. 1.2. ℣.52.104. & 2.3. ℣.130. & 5.4. ℣.17.

Nulla: pro, *non*. Amph. 2.2. ℣.160.

Nullus alter. Bacch. 2.3. ℣.22.

Nullus æque. Merc. 2.3. ℣.1.

Nullus: pro, *misero homine*. Cas. 2.4. ℣.26.

Nullus; de infortunio magno. Cas. 3.5. ℣.1.

Nullus: pro, *non*. Donat. in Ter. Asin. 2.4. ℣.2. Epid. 3.1. ℣.9. Cas. 4.2. ℣.16. *nullus esurit*. Cist. 4.2. ℣. 18. Bacch. 1.1. ℣.57. Rud. 1.2. ℣.55. & 4.4. ℣.91. Trin. 3.1. ℣.5. Terent. Eunuch. 2.1. ℣.10. *Nullus mones*. Hecyr. *Nullus dixeris*. Vsurpat etiam

etiam Cicero lib. 11. Epist. 24. ad Att. *Philotimus nullus venit.* Et lib. 15. ep. 23. *Sextus ab armis nullus discedit.* lib. 14. ep. *Nullus adhuc venerat.*

Nulli rei esse: inutilem esse. Stich. 5. 4. ℣. 38.

Nullo modo prorsus. Trin. 3. 3. ℣. 1.

Nullus sum. Desperationis Comicæ formula: pro; *Mortuus sum.* Most. 2. 1. ℣. 41.

Nullus est: mortuus est. Comico genere loquendi. Bacch. 2. 2. ℣. 16. Sic. Virg. in Catal. *Sed tu nullus eris.*——

Nullam rem sapere; nihil. Most. 5. 1. ℣. 45.

Nulla: pro, *nulli.* Mil. 3. 1. ℣. 204.

Numella: machinæ genus ligneum, ad discruciandos noxios paratum: quò & collum & pedes immittunt. Festus & Nonius. Asin. 3. 2. ℣. 5.

Numerare: exsoluere. Pseud. 1. 2. ℣. 88.

Numerò: citò, celeriter, ocius, vehementer. Amph. 1. 1. ℣. 25. Cas. 3. 5. ℣. 21. Epid. 2. 2. ℣. 121. Men. 2. 2. ℣. 13. Mil. 5. 1. ℣. 7. Merc. 4. 3. ℣. 37. *Numerò purgitas*, h. e. vehementer. Pœn. 5. 4. ℣. 100. De hoc vide Festum Pompeium: & ibi Notas Iosephi Scaligeri. // Quibus addi possunt ista ex Macrob. lib. 2. de somnio Scipionis: *His Geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et μονὰς Punctum putat; quia sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora; ita μονὰς numerus esse non dicitur, sed origo numerorum.* Atque hinc *Puncto* aliquid, & *Numero fieri* dixerunt veteres. Et forte hinc quoque natum verbum illud vetus: *Ingenium habere in numerato.*

// Quistorp. not. ad Lidr. 5, 4. f. 372. v.

Numerati præsentarij numi. Trin. 4. 3. ℣. 74.

Numerus sing. pro plurali. Vide, *Enallage*, in Mantissa.

Numi; aurei scil. quorum vnus valebat duos coronatos, vt vult Lamb. Attamen ego crediderim æquasse *Vngaricum ducatum* nostratem; quòd talem aureum Romanum omnino huius & pōderis & valoris vidi olim apud parentem meum, τὸν μακαρίτην, ipso sæculo prisco Augustéo cusum & fusum. Men. 1. 4. ℣. 1. Pseud. 3. 2. ℣. 20. 58. Aul. 3. 2. ℣. 34.

Nummi aurei. Pœn. 1. 2. ℣. 132.

Nummi aurei Philippéi. Pœn. 3. 4. ℣. 4. 22.

Nummi præsidij. Pœn. 3. 3. ℣. 56. Vide *Talenta dotis.*

Numi Philippéi. Vide, *Philippéi.*

Nummi Philippi. Pœn. 3. 3. ℣. 56.

Nummi plumbei: nequam & inutiles. Most. 4. 2. ℣. 11. Trin. 4. 2. ℣. 120.

Nummatum marsupium. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 40.

Nummi noui, nequam. Cas. Prol. ℣. 10.

Nummi tres; pro tribus assibus, qui militi in stipendium dabantur. Most. 2. 1. ℣. 10.

Nummi probi, & numerati. Pers. 3. 3. ℣. 33. & 4. 3 ℣. 57.

Nummos numeratos habere. Pœn. 3. 2. ℣. 16.

Nummûm duûm pondo. Men. 3. 3. ℣. 18.

Nummus plumbeus. Trin. 4. 2. ℣. 120. Cas. 2. 3. ℣. 40. De his plumbeis nummis vide assertionem Laur. Pignorii Tractatu de Seruis pag. 128.

Nummus; didrachmum notat. Men. 2. 2. ℣. 16. 37. Truc. 2. 7. ℣. 11. Vide Turneb.

Turneb.lib.24. 17.Ciacc.ad col. Roſtratam.Itemque Marq. Freheri & Caſp. Waſeri de Re Monetaria.

Nummus, pro *denario*. Epid. 1. 1. ℣. 52.

Nummus probus. Bacch.4.8.℣. 41.

Numnam. Ciſt.4.1.℣.6. Truc. 2.4. ℣.1.& 2.7.℣. 41.

Numne. Truc.2.6.℣.65.

Numquà: an alicubi ? Men. 1. 2. ℣.34.

Numquam fiet, quin. Stich. 5.5.℣. 13.16.

Numquam niſi. Aul.3.1.℣. 3.

Numquam: pro, non. Aſin.3.3.℣.40.

Numquam quin. Aſin.3.3.℣.85.

Num quidnam. Aſin.5.1.℣.3. Bacch. 5.1.℣.23.

Num qui tandem. Truc.2.1.℣.27.

Num qui minus, quàm. Rud. 1. 3. ℣. 37.

Num quid aliud. Conciſa ratio loquendi in interrogationibus. & valedictionibus. Moſt.2. 1.℣.57. Bacch. 4. 4.℣.105.Mil.4.2.℣.94. & 4.4.℣.58. Horat. lib.1. Sat. 9. ℣. 6.

Numquid vis ? Formula abire cupientium. Aul.2.1.℣.53. & 2.2. ℣.22.85.Capt.1.2.℣. 82. Curc.4. 2.℣.39.Ciſt.1.1.℣. 119. 121. Epid. 3.4.℣.79. Bacch. 4. 3. ℣. 22. Men.3.3.℣. 23. Merc. 2. 1. ℣.53. Pſeud.2. 2. ℣.70. Pœn.4.2.℣. 89. Trin.1.2. ℣. 155. Truc.4.4. ℣.30.

Nunc iam. Aul.2. 5.℣.1. & 3. 3.℣. 3. & 4.10 ℣.59. Amph.2.2. ℣. 146. Aſin.3. 3. ℣. 121.& 3. 3.℣. 89.Capt.2 2.℣.104.Caſ.3.5.℣.65 Epid.1.1. ℣.69. & 2. 2. ℣. 10. & 5.2.℣.10. Moſt.2.1. ℣. 52.& 1. 1.℣.71.& 2. 1.℣. 78. & 2. 2.℣. 6 & 3.1.℣.128. Mil.3.1.℣.141. & 4.8.℣.66.Merc. 5.4.℣.4. *Pſeud.* 1.5.℣.82.& 1.5. ℣.133. 144. Pœn. 1.2. ℣.46. 161. Rud.3.2.℣.44. & 4.4.℣.7.85. 109. Stich. 1. 2. ℣.58.Trin.Prol.℣.3.& 1.2.℣.158. Truc.2.2.℣.56.Vide *Pleonaſmus* in Mantiſſa.

Nunc, pro, *nuper*. Moſt.2. 2.℣. 46.

Nūc: aduerſatiua particula. Bacch.3. 3.℣.9.

Nunquid. Pœn.3.6.℣.6.

Nūc-homines: οἱ νῦν ὄντες. Perſ.3.1.℣. 57. Vide Ὑφὲν, in Mantiſſa.

Nunc places: nunc te laudo. Elegans adprobandi formula. Epid. 1. 2. ℣.47.

Nūc poſt: quomodo, *paulo poſt, multò poſt*. Moſt.1.2.℣.76. Men.5.9.℣.72

Nunciare ad aliquem. eleganter dictum Plauto. Moſt.1.3.℣. 76.

Nunciare nunciū exoptabilem. Stich. 2.3.℣ 66.

Nuncius: ferè maſculino tantum efferunt boni latini, pro re nunciatâ, & ipſo nuncio. Capt. 4. 1. ℣.10.& 4.2.℣.89. Epid.1. 1.℣.19. Rud.2.3.℣.22.

Nuncium. τὸ. Videtur neutro genere expreſſum, ſiquidem vera eſt lectio Mſſ. Pall. Merc. 5. 2. ℣. 65. *Opta ergò obiſtuc nuncium quid-vis tibi*. Cæterùm adiectiuè potiſſimùm vſurpari docuit Dionyſ. Lamb. ad Odam 10. lib.1. Horat. quem vide ſis.

Nuncium remittere: diuortium facere. Truc. 4.3.℣.74.

Nuncius attigit, tetigit. Bacch. 2.2. ℣.19.& 3.5.℣.3.

Nuncium: pro re nunciatâ. Rud. 2.3. ℣. 22.

Nuncius beneuolens. Merc.5.2.℣.46

Nuncius voluptabilis. Epid. 1. 1. ℣.19.

Nuncius lepidus. Stich. 2. 2.℣. 2.27.

Nun-

Nunciare gaudia ad. Truc. 4.1. ℣.4.

Nūdinalis cocus: dicitur feralis, nouemdialisque, & qui mortuis tantum paret in cœnam. h. e. insubidus plane atq; imperitus. Ger. **Ein Sudelkoch / ein Sewkoch.** Aul. 2.4. ℣. 45. Pseud.3.2.℣.7.

Nuperus homo Capt.3.5.℣. 60.

Nupta: pro, sponsa, vel desponsata. Bacch.4.8.℣.11. Cas.1.1.℣.30. & 4.2.℣.5. *nouam nuptam volo prosequi.*

Nupta tecum. Trin.1.2.℣.20.

Nuptiæ: de ipso σιωουσιασμῷ. Cas.2. 8.℣.47. Ciſtell.1.1. ℣.45. Petron. *Continuoq; producta eſt puella ſatis bella, quæ non plus quam ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa, quæ primũ cum Quartilla in cellam venerat noſtram. Plaudentibus ergo vniuerſis & poſtulantibus nuptias fecerunt. Obſtupui ego, & nec Gitona verecundiſſimum puerũ ſufficere huic petulantiæ affirmaui, nec puellã eius ætatis eſſe, vt muliebris patientiæ legem poſſit accipere.* Item: *Iacuerunt ergo vnà non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiã ac tertio die.* Sic in carmine virginis Veſtalis τὸ *nubere. Felices nuptæ! moriar niſi nubere dulce eſt.* Hinc *verba nupta* impudica ac velut deuirginata. Vide etiam Albericum Gentilem l. 2. de Nuptiis, cap.3.

Nuptiæ clandeſtinæ. Cas.4.10. ℣.6.

Nuptiæ ſeruiles. Cas.Prol.℣. 68. h.e. illegitimæ.

Nuptiæ repudioſæ. Perſ.3.1. ℣.56.

Nuptias adornare. Cas.2.6. ℣.67.

Nuptias facere. Trin.2.4.℣.196. & 3. 2.℣.76. Aul 2.2.℣.84.

Nuptias ornare. Cas.3.2.℣.16.

Nuptum dare. Cas.2.3.℣.36. Ciſt.1. 1.℣.44.

Nuptum dare viro. Stich.1.2.℣.79. 85. *ad virum.*

Nuptum dare aliquò. Stich.1.2.℣.13. 83. *Nuptum dare ad virum.* ℣.85.

Nuptum locare. Curc. Arg. ℣.8.

Nuptum collocare. Trin.3.3.℣.7.

Nuptus nouus: maritus. Caſ. 5.1.℣.5.

Nuſquam: pro, *nunquam.* Amph.2. 2.℣. 68.

Nuſquam niſi vbi. Men. Prol.℣. 10.

Nuſquam gentium. Amph.2.1.℣.73. & 2.2. ℣.54. & ſc. DI voſtr. ℣.46. Men.2.1.℣.37. Merc.3.4.℣.21. *Nuſquam gentium eſt*, h. e. interiit, pluſquam mortuus eſt. Propert.lib.3.Eleg.12. *Dilapſus nuſquam eſt. Ampliarant equis.* Ad quem locum plura exempla collegit Paſſeratius in Prælect. pag. 491. & 500.

Nutare. Aſin.4.1.℣.39. Men.4.2.℣. 48.49.53. Merc.2.3.℣.72. Vide *Verborum differentiæ*, in Mantiſſa.

Nutare capite: Interdum eſt *Abnuere.* Mil.2.2.℣.52. Sueton. Veſpaſ. cap. 8. *nutu aſpernatus.* De *Annuere* & *Abnuere* vide Noctes Agellii lib.10.c.4.

Nutricare. Mil.3.1.℣.120. Merc.3.1. ℣.11.

Nutricatus Venereus. Mil.3.1.℣.54.

Nutricus pallium. Vide *Prouerbia* in Mantiſſa.

Nutrix. Truc.5.1.℣.11.

Nutrix: de agro, cuius prouentu tamquam nutrice aluntur villici. Trin.2.4.℣.111. Ita Artemidorus l.1.c.81. ait: *Bonum eſſe opifici ſomniare de coitu cum matre*: κρεὶ γὰρ τὴν τέχνην μητέρα καλεῖν ἔθος ἐστί. Valerius Maximus libro 7. cap.6. *Siciliamque & Sardiniam benigniſſimas vrbis noſtræ nutrices gradus & ſtabilimenta bellorum.*

Ita *In-*

Ita *India* vocatur *nutrix & genitrix gemmarum.*

Nux cassa. Pseud.1.3.ỳ.136. *Ventosa sine medulla,* Petronio.

Nux vitiosa, cassa. Mil.2.3.ỳ.45. Petronius vocat *inanem, & sine medulla ventosam.* Contrà dicitur; *Nux grauis, & pleno integra fructu.*

O.

O! Truc.1.2.ỳ.21.& 2.4.ỳ.55. *O ciues ciues!* Vox quiritantiũ. Quod si enim iniuriâ quis affectus fuisset in vrbe, inclamabat ciues Romanos hac formulâ, aut aliâ simili; *Porro Quirites!* Curc.5.2.ỳ.27. Vide Formulas Brissonii.

O DI tibi dent multa bona! Pœn.1.1.ỳ.80.

ὦ ζεῦ! Admirandi. Pseud.1.5.ỳ.28.

Ob: propter. Truc.1.1.ỳ.11.

Ob; pro, *ad.* Pseud.2.1.ỳ.13. *Obducere,* pro *adducere.*

Ob, pro, *ante.* Mil.2.4.ỳ.51. *Nunc demùm experior ob oculos caliginem mihi obtigisse.* & 5.1.ỳ.37. *Ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.* Merc.5.2.ỳ.81. *Irata est, quia scortum ob oculos adduxerat.*

Ob, pro, *super.* Aul.2.4.ỳ.23. *Follem obstringit sub gulam.*

Ob: præter. Truc.2.2.ỳ.41. Sic *Obducere alicui aliquem*: præter eũ alium aliquem adducere.

Ob: valet *pro.* Asin. Arg. ỳ. 3. & 2.2. ỳ.80. *Ob asinos ferre argentum.* Epid.3.4.ỳ.28.&5.2.ỳ.37. *Dedin' tibi minas 30. ob filiam?* Rud.3.6. ỳ.23. *Arrhabonem accepisti ob mulierem.* Agell. lib.11. cap.10. *Tragœdus gloriæ sibi ducebat, talentum magnum ob vnam fabulam datum esse.*

Ob eam rem: ideo. Bacch. 4.4.ỳ. 33.39.

Ob stultitiam suam se tueri. Trin.3. 2.ỳ.82.

Ob industriam: de industria. Cas.4. 3.ỳ.7.&.2.3.ỳ.58.60. Men.1.2. ỳ.14.

Obambulare: est aduersum alios ambulare: & se quasi opponere aliis ambulantibus. Pœn.Prol.ỳ. 19. Cas.4.1.ỳ.10.

Obambulatum ire noctu instar grassatorum. Trin.2.2.ỳ.34.

Obcædes; vt, *concædes.* Stich.5.4.ỳ.52.

Obdere forem. Cas.5.2.ỳ.15.

Obdormisco. Amph.1.1.ỳ.115. *somno corripi.* Amph.2.1.ỳ.73. Rud.2.7. ỳ.33.

Obducere: est aliquem contraducere, qui alteri aduersetur. Merc. Arg.1.ỳ.7. Pseud.2.1.ỳ.13. *Obducere exercitum.* Cic. Attic. lib.1. Epist.1. *Vt mihi videatur esse ἀδωμάτον obducere Curium.* Vide etiam, *Adducere.* & P. Victor. Var. lib.15.7. & Turneb. 24.34.

Obductare scorta. Merc.4.4.ỳ.46.

Obdurare. Asin.2.2.ỳ.56.

Obdurui cubando & expectando. Truc.5.1.ỳ.24.

Obediens facto. Mil.3.1.ỳ.210.

Obfirmatus animus. Amph. 2. 2. ỳ.15.

Obiectare. Most. 1.1.ỳ.15. & 3.2.ỳ. 126. Merc.3.ỳ.76. Trin.3.2.ỳ.28. & 69.

Obiexim: obiecerim moram. Pœn. 1.3.ỳ.37.

Obijcere ante. Cist.4.1.ỳ.17.

Obijcere est vltrò in manus dare. Asin.4.2.ỳ.5. Pers.4.3.ỳ.1.

Obijcere aliquem machæræ. Curc.4. 4.ỳ.11.

Obijce-

Obijcere linguam. Vide litt. B. *Bilinguij prehendere.*

Obijcere ob os: pro, *ad.* Most. 3. 1. ℣. 86. Et Mil. 2. 1. ℣. 70. *Obijcere ob oculos.*

Obijcere ærumnam. Epid. 2. 1. ℣. 10.

Obijcere: pro, offerre. Epid. 1. 2. ℣. 57. *Res subita obiecta est.*

Obijcere lucrum. Curc. 4. 2. ℣. 45.

Obijcere obuiam oculis. Pseud. 2. 1. ℣. 18.

Obijcere: pro, *adijcere.* Cas. 2. 6. ℣. 52.

Obire mortem. Aul. Prol. ℣. 15.

Obire diem suum. Cist. 2. 3. ℣. 69. Pœn. 4. 2. ℣. 82. & 5. 2. ℣. 110. Men. Prol. ℣. 62.

Obiurgare. Trin. 3. 2. ℣. 54. Amph. 2. 2. ℣. 74.

Obiurgare verbis & verberibus possumus Curc. 1. 3. ℣. 15. Bacch. 4. 9. ℣. 97. Cic. ad Att. *Castigatione & obiurgatione dignus.* Pers. Satyr. 5. ℣. 169. *soleâ puer obiurgabere rubrâ.* Colum. *Obiurgare flagello.* Suet. Otth. cap. 2. *Flagris obiurgari.* Petron. pag. 23. Edit Douf. *Obiurgari colaphis* Virgilius dixit: *Telo admonuit bitugos* Et Calliſtratus leg. 7. de pœnis. *Fuſtiũ admonitio.* Seneca lib. 1. cap. 12. *Tu Speuſippe ſeruulum iſtum verberibus obiurga. nam ego (* Plato *) iraſcor.*

Obiurgitare. Trin. 1. 2. ℣. 30. 32.

Oblatratrix uxor. Mil. 3. 1. ℣. 86.

Oblectare. Truc. 1. 2. ℣. 11.

Oblectare: parce ac duriter ſuſtentare. Perſ. 1. 3. ℣. 46.

Oblectare: eſt ἡδύνειν, blandis verbis lactare, & retinere. Aſin. 2. 2. ℣. 103.

Oblectare gaudio falſo. Pœnul. 5. 4. ℣. 86.

Obligare: chirurgicũ verbum. Menæch. 5. 3. ℣. 9. Cicero Tuſcul. Quæſt. 2. *At vero ille exercitatus, & vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens, à quo obligetur: ô Patrocle, inquit.* Ibidem: *Abducet Patroclus, credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget.* Dicunt etiam *Deligare.* Celſus libro 7. cap. 19. *Deligatur autem vulnus omne, quod ex his cauſis factum eſt.* Idem lib. 8. cap. 10. *Deligatum vero membrum in diẽ tertium continendum eſt.* Ibidem: *Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato.*

Obligare tabellas & obſignare. Bacch. 4. 4. ℣. 96.

Obligare ædes. Truc. 2. 1. ℣. 4.

Obligatio crumena. Truc. 5. 1. ℣. 64.

Obliuiſcor: cum accuſandi caſu. *Non ſum oblitus officium meum.* Caſ. 1. ℣. 16. Truc. 2. 1. ℣. 22. Aſin. 1. 3 ℣. 73.

Obliuiſci memoriâ. Trin. 4. 3. ℣. 11.

Oblocutor alteri. Mil. 3. ℣. 47.

Obloqui. Curc. 1. 1. ℣. 41. Ciſt. 4. 2. ℣. 85. 90. Men. 1. 2. ℣. 46.

Obludere. Truc. 1. 2. ℣. 10.

Obnoxioſæ leges. Trin. 4. 3. ℣. 31. Vide ibi Animaduerſiones.

Obnoxius, & *obnoxiè*: quid eſſet, iam olim diſputauit Agellius cum Grammatico quopiam Romano, inſolentiarum & imperitiarum pleniſſimo, lib. 7. c. 17. quod vt legatur, omnino operæpretium eſt. Addam ego omnium ἐπιθεσιν Valentis Acidalii, linguæ Latinæ ſcientiſſimi. pag. 481. Diuinat. *Obnoxius*, inquit ille, propriè dicitur is, qui ob noxiam aliquam ſuam alteri concedit, ſuo iure non vtens, animi conſcientiâ fractus. Ad quam originẽ Plaut. noſter alluſit. Bacch. 5. 2. ℣. 79. Pœn. 5. 4 ℣. 18. & 3. 1.

ỳ.15.Mil.3.1.ỳ.150.Truc. 4.3.ỳ. 60.Amph.1.1.ỳ.216.Hinc ad alia transfertur, & *obnoxij* dicuntur, à similitudine quadam affectus & conditionis etiam, qui alicui aliquid debent tanquam deuincti. Asin.2.2.ỳ.18.Trin.2.1.ỳ.33. Et Virg.lib.2.Georg.---*iuuat arua videre*

Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.

Qui autem tales, lenius scil. ac lentius agunt plerumq; cum iis, quibus obnoxii, nec pro suo iure, cedentes & parcentes, & plane velut secundas agentes. Idem sensus Cæciliani loci è Chrysio apud Agell. cui soli existimauit Grammatici sui definitionem conuenire. putidissimè profectò. Quid enim absurdius, quam obnoxium ibi esse habentem culpæ suæ conscium? Apud Cæcilium coquus aliquis an mercenarius conductus ex more, cum asperius excideretur verbis, & conuitiis in id genus hominum vulgatis exagitaretur, eâdem se usurum libertate dicit in respondendo, neque propterea parsurum alteri, & secundas acturum, quod mercedem ab eo accipiat, & hoc nomine deuinctus ei videatur: id quod est tribus verbis, nolle se mercedis causa obnoxium esse. Verba Cæciliihæc sunt:

——*quanquam ego mercede huc conductus tuâ*
Aduenio ne tibi me esse ob eam rem obnoxium
Reare. audibis male, si male dixis mihi.

Sic *Obnoxiè* loco Stich.3.2.ỳ.41. *Non ego hercle perij plane, non obnoxiè.* est quasi *clementer.* Vt & *obnoxiosè* Epid.5.2.ỳ.29.59. *Obnoxiosi* vocantur, qui alios sibi volunt habere obnoxios: qui multum aliis sunt obnoxii: vt patet ex verbis Ennii apud Agell. Itēque illis Plaut. Trin. 4.3.ỳ.31. 56.57.

Obnoxius: affinis, compos noxæ. Stich.1.1.ỳ.27.Trin.4.3.ỳ.56.57. Truc.4.3.ỳ.61.

Obolere allium: male-olere ex allio comesto. Most.1.1.ỳ.38 Similes locutiones vide apud Sueton. Vesp.c.8.& Calig.c.23.

Obolere. Cas.4.3.ỳ.16.

Obolere alicui. Men.2.3.ỳ.33. *Marsupium oboluit huic.*

Oboli. Amph.Sc. *Quis tam.* ỳ.43.

Obrepere. Trin.4.2.ỳ.132. Pseud.2. 3.ỳ.20.

Obrepere alicui. Trin.1.2.ỳ.23. fallere.

Obrepere: ἐνεργητικῶς. *Obrepet te fames.* Pœn.Prol.ỳ.14.

Obreptare. Pers.1.2.ỳ.25.

Obrodo. Amph.2.2.ỳ.92.

Obscæuare: est malam scæuam obiicere, à scæua: quod vide litt.S. Asin.2.1.ỳ.18. Et forte Pseud.1.2. ỳ.47. Contrarium est *Benedicere.* Asin.3.3.ỳ.156.

Obscurat amor pectus. Trin.3.2.v.41

Obsecrare. Trin.1.2.ỳ.139. Truc.2. 7.ỳ.33. (ỳ.102.

Obsecrare ab aliquo. Bacch. 4.9.

Obsecro fidem. Est sermo eius, qui alterum auscultare & attendere cupit, vt eius fidem imploret. Most.2.2.ỳ.96.

Obsecro te! formula eorum est, qui vapulantes deprecantur. Asin.2. 4.ỳ.4. Terent.Eunuch.4.4.ỳ.2. *Fugitiue prodi, male conciliate.*

Do-

Do. *Obsecro.*

Obsecro per genua. Truc. 4. 3. ℣. 53.

Obsecro hanc per dexteram. Pœn. 1. 3. ℣. 8.

Obsecro vestram fidem! Pœn. 5. 2. ℣. 7. Truc. 4. 3. ℣. 30.

Obsecro ecastor. Amph. 2. 2. ℣. 180.

Obsecro: blandientis, vt, *amabo.* Bacch. 5. 2. ℣. 12.

Obsecro hercle. Asin. 1. 1. ℣. 14. 26. Capt. 3. 5. ℣. 22. Curc. 2. 3. ℣. 28. Bacch. 3. 6. ℣. 24. Most. 2. 2. ℣. 74. 80. & 3. 1. ℣. 26. 85. 92. Men. 1. 2. ℣. 66. & 1. 3. ℣. 14. & 5. 5. ℣. 43. & 5. 7. ℣. 27. & 5. 9. ℣. 34. Pseud. 1. 1. ℣. 27. 127. & 4. 6. ℣. 11. & 4. 7. ℣. 94. Truc. 2. 3. ℣. 8.

Obsequens, obediensque. Bacch. 3. 3. ℣. 55.

Obsequens: fauens, beneuolus. Rud. 1. 5. ℣. 2.

Obsequens magistro. Curc. 2. 2. ℣. 8.

Obsequentiam facere: est, indulgere. Asin. 1. 1. ℣. 51. Sed rectius ibi ex Membr. Mss. *obsequellam.* Vide Animaduersiones.

Obsequi corde atq; animo suo: genialiter viuere. Pseud. 5. 1. ℣. 27. Bacch. 3. 3. ℣. 11. Pœn. 1. 1. ℣. 48.

Obsequi in aliqua re. Trin. 2. 1. ℣. 6.

Obsequiosus. Capt. 2. 3. ℣. 58.

Obsequium sumere animo. h. e. voluptariè viuere. Bacch. 4. 10. ℣. 7.

Obserere. Trin. 2. 4. ℣. 129. 130. 131. *Obserere mores malos.*

Obserere: obscœno sensu. Epid. 4. 1. ℣. 30.

Obserere pugnos. Men. 5. 7. ℣. 23. Vide Lexicon Lucret.

Obseruare: propriè est seruorum, quibus ædium custodia demandata est. Asin. 2. 2. ℣. 7. *Indiligèter obseruare ianuam.* Nota connubium Aduerbii. Vide etiam *Seruare.* Sic est apud Florum lib. 3. cap. 6. *Obditis nauibus quasi portam obseruauit.*

Obseruare: insidiosè captare. Men. 1. 2. ℣. 13. Virgil. lib. 3. Georg.

——quos durus arator
Obseruãs nido implumes detraxit.

Terent. And. 1. 1. ℣. 142.

Perterrefacias Dauum, obseruesque filium quid agat.

Ibidem, And. 2. 5. ℣. 2.

Herus me relictis rebus iussit Pamphilum obseruare.

Obseruare: custodire. Mil. 2. 3. ℣. 57.

Obseruare speculari. Truc. 4. 1. ℣. 11

Obseruare, est id, quod Germani dicunt Außlauren. Men. 5. 2. ℣. 38.

Obseruationi operam dare: custodire. Mil. 2. 6. ℣. 5.

Obsidere: sedere. Pœn. Prol. ℣. 23.

Obsessor fori. Pseud. 3. 2. ℣. 18.

Obsidere ostium. Truc. 4. 4. ℣. 17.

Obsecutũ: passiuè, pro, *obsecundatum.* Asin. 1. 1. ℣. 63.

Obsidium facere vrbi. Bacch. 4. 9. ℣. 24.

Obsidium perduelles. Myra syntaxis nominis, vi verbi. Mil. 2. 2. ℣. 67. *Curre in obsidium perduelles.*

Obsidium tergo. Mil. 2. 2. ℣. 64.

Obsignare: epistolam, libellum. Pseud. 2. 4. ℣. 16. & 4. 2. ℣. 43.

Obsignata epistola imagine. Pseud. 4. 7. ℣. 105.

Obsignata, consignata tabella. Bacch. 4. 9. ℣. 11.

Obsignatum symbolum. Pseud. 4. 6. ℣. 30.

Obsipare: est, *adspergere.* Festus: *Sipat,* est iacit. Inde dissipat, disiicit, obsipat, obiicit, insipat, iniicit. Cistell. 2. 3. ℣. 37. *Obsipare aquam.*

Obsistere: opponere sese ruenti-

bus, & occurrere: vel obstare exire volentibus. Mil. 2. 3. ℣. 62. 82. Vide Lexic. Lucret. Dan. Parei.

Obsistere: impedire. Merc. 5. 2. ℣. 18.

Obsistere in via: obstare. Curc. 2. 3. ℣. 5.

Obsistere alicui obuiam. Capt. 4. 2. ℣. 11.

Obsistere pietate: religione & pietate rem aliquam impedire. Pseud. 1. 3. ℣. 33.

Obsistere: consistere, præstolari, & se obuianti opponere. Mil. 2. 3. ℣. 62. 82. Vide Passerat. Tibull. Panegyr. Messal.

Obsonare bene. Men. 2. 2. ℣. 1. Mil. 3. 1. ℣. 12.

Obsonare sermone: est, obloqui, obstrepere. Pseud. 1. 2. ℣. 74.

Obsonare: absolutè, obsonium emere. Aul. 2. 4. ℣. 1. Capt. 3. 1. ℣. 14. Cas. 2. 8. ℣. 58. Most. 1. 1. ℣. 23. *Obsonare pol lucibiliter.*

Obsonare obsonium. Stich. 3. 1. ℣. 36.

Obsonare strenuè. Stich. 3. 2. ℣. 8.

Obsonari. Cas. 2. 8. ℣. 5.

Obsonari ad minam. Truc. 2. 4. ℣. 90. 91.

Obsonari: passiue. Bacch. 1. 1. ℣. 63. & 1. 2. ℣. 35.

Obsonari: deponentaliter. Aul. 2. 4. ℣. 16.

Obsonari de foro. Men. 1. 3. ℣. 26.

Obsonatum mittere. Cas. 2. 8. ℣. 5.

Obsonatum pergere. Mil. 3. 1. ℣. 154.

Obsonatus. Truc. 4. 2. ℣. 27.

Obsonia, pisces. Cas. 2. 8. ℣. 57.

Obsonia opipara. Mil. 2. 1. ℣. 30.

Obsonium, & ὀψάριον, de piscibus effertur passim, sicut & *obsonari.* Aul. 2. 6. ℣. 3. Quo tamen loco γενικῶς vsurpat author noster. Men. 1. 4. ℣. 2. & 4. 2. ℣. 34. Aul. 3. 6. ℣. 24.

Obsonium apponere. Merc. 4. 4. ℣. 39.

Obsonium curare. Merc. 3. 3. ℣. 21.

Obsonium opulentum. Bacch. 1. 1. ℣. 63.

Obsorbere: est, totum sorbere. Truc. 2. 3. ℣. 30. Terent. Eun. 2. 2. ℣. 4. *Patria abligurierat bona.*

Obstare, obsistere: coniuncta sunt. Curc. 2. 3. ℣. 12.

Obstinare: est, *obstirmato & perseueranti animo expetere.* Aul. 2. 2. ℣. 89. Terent. Andr. 1. 5. ℣. 8. *Itane obstinatè operam dat?*

Obstinatè aliquem aggredi; audacter, importunè, pertinaciter. Asin. 1. 1. ℣. 10.

Obstit, pro, *obstat.* antique. Asin. 2. 4. ℣. 45. Sic Casin. 3. 6. ℣. 10. *Nisi restis.*

Obstringere: est, *vinculo arctè circũuincire.* Sic, *collo obstricto.* Amph. 3. 2. ℣. 72. & Sc. *Quis tam.* ℣. 24. Curc. 5. 3. ℣. 15. Curc. 5. 3. ℣. 29.

Obstrudere; parasiticum verbum, auidam notans vorationẽ, ipsamque adeò tuburcinationem. Alibi *coruitare* dicit noster: pro, *auidè vesci.* Stich. 4. 2. ℣. 13. Curc. 2. 3. ℣. 87. vbi Mss. aliqui *obstrundamus:* at τὸ in *obstrundo* est ἐπίθεσις antiqua, quæ crebra est in Mss. & Pandectis Florentinis. Vide Festum.

Obstupidus. Mil. 4. 6. ℣. 39.

Obtegere errata. Trin. 3. 2. ℣. 23.

Obtegere caput pallio. Cas. 2. 3. ℣. 20.

Obterere: pro, *vincere, superare.* Curc. 4. 4. ℣. 17. Propert. l. 3. Eleg. 11.

Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Conq; terunt fastus Icarioti tuos.

Obtestari; est, ob aliquam causam Deos testes adhibere cum iureiurando. Rud. 3. 2. ℣. 13. 21.

Obtexere, pro *obtegere.* Most. 1. 2. ℣. 90.

Obti-

Obticere. Pœn.1. 2.♆.49.
Obticere: pro, *tacere.* Bacch.1.1.♆.28.
Obtigere: pro, *tegere.* Most. 1.3.♆.8.
Obtigit; pro, *contigit.* Capt.3.5.♆.88.
Obtigit hæreditas. Stich. 2.3.♆.59. Truc.2.3.♆.23.
Obtinere: tenere. Cas.3.5.♆.16.
Obtinere colorem. Mil.2.2.♆.30.
Obtingere: contingere. Bacch.3.6.♆.14.
Obtingit: euenit, accidit. Bacch. 3.3.♆.20. Bacch. 4.9.♆.27. Mil.4.2.♆.20.
Obtorto collo rapere: est, veste ad collum prehensa gulam & fauces premere & angere: iisq; adstrictis vrgere & trahere. Pœn.3.5.♆.45. Rud.3.6.♆.15.21.30.31.32.38.43. Turn.lib.26.2.
Obtrita iacent pugnæ: contemtæ. Curc.4.4.♆.17. Vide Lex. Lucret. *Obterit.*
Obtrudere fores. Men.3.3.♆.26.
Obtrudere palpum: adulari. Pseud.4.1.♆.35.
Obtruncare. Amph.1.1.♆.259. & 4.3.♆.17. Bacch.4.8.♆.77. Cist.2.1.♆.47. Mil.2.5.♆.51.
Obtueri; pro, *intueri aliquem.* Most. 1.1.♆.66. Mil.4.6.♆.56.
Obtueri aduorsum. Most. 3.2.♆.154.
Obtueri terrã; pro, *tristẽ esse.* Bacch. 4.4.♆.17.
Obtuerier: contra intueri. Amph.3.2.♆.19.
Phylacista: custos carceris, qui seruos in custodia & ergastulo seruabat. Apud Plautum tamen Aul. 3. 5. ℣. 44. κατὰ μεταφορὰν sic dicitur artifex, qui manupretium vel mercis mercedem flagitat, qui quod in atriis diutius expectat, custos & phylacista appositus videtur. *Turn.* l. 14. c. 5. & lib. 24. c. 23.

Piacularem fieri: est, quasi piaculo admisso puniri. Epid.1.2. ℣.36. A victimis piacularibus, quæ alienæ mala excipiebant, & in pœnam succedebant. Plinius libro 3. Epist. 9. *Nepotentissimi, vilissimo quoque quasi piaculari dato, elaberentur.*

Piaculum est. Truc.2.1.℣.13.

Piare: est, colere, placare, propitium reddere. *Nonius.* Asin. 3.1.℣.3. Men.2.2.℣.17.&3.2.℣.51. Rud. 4.7. ℣.8. *cùm nimis sanctè pias.* Virgil. Æn.2. *Culpas miserorum morte piabunt.* Propert. lib.3. Eleg.4. *cladesCrassosq; piate.* & lib. 4.Eleg.1. *Auentino rura pianda Remo.* Nævius apud Nonium: *Nemo est, qui magis suos piet liberos.* Hinc *Piens*, pro, *pius.* Onomasticum Argentor. *Piens:* ὅσιος.

Pice signata amphora. Pœn. 4. 2. ℣.15.

Picem calidam bibere. Merc. 1.2. ℣. 29. Sic imprecabantur olim.

Pici: sunt Gryphi, qui in montibus hyperboreis aurum effodere creduntur. Aul.4.8.℣.1. Pomponius Mela libro 2. cap.1. de Scythia & Europea: *Deinde est regio ditis admodũ soli, inhabitabilis tamen, quia Gryphi, sæuum & pertinax ferarum genus, aurũ terrâ penitus egestũ mirè amant, mireque custodiunt, & sunt infesti attingentibus.* Nonius: *Picos veteres esse volunt, quos Græci γρύπας appellant.*

Pictura inutilis. Asin. 4.1.℣.18. Erat cerata tabula, quæ contineret aliquid dignum cubiculo: nempe vel imaginem aliquam obscœnam, aut religiosam; qualis est illa apud Ter. in Eunuch.3.5.℣.36.

Suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc, Iouem

Quo pacto Danaæ misisse aiunt quondam imbrem aureum.

Et Propert.lib.2.Eleg 6.

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,

Et posuit casta turpia visa domo,

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,

Nequitiaq; sua noluit esse rudes.

Pictũ: pro, *pictura.* Most. 3.2.℣.150.

Pictum & Pictura: de fallaciis. Asin. 1.3. ℣.22. Capt.5.4.℣.1. Mil.4.4. ℣.52.

Pietas: singulari significatu. Rud. 4. 4.℣.132. *Istuc ex pietate vestra vobis contigit.*

Pietas: in religione. Trin.2.2.℣.4. *Per pietatem.*

Pietas tua. Pœn.5.3.℣.18.

Pietas maritalis. Stich.1.1.℣.8.

Pietas inuicta. Pœn.5.4.℣.17.

Pietatis causa: per pietatem. Pseud. 1.1.℣.120.

Pietas mea seruame! Formula obtestandi. Curc.5.2.℣.41.

Pietas erga parentes. Mil.4.8.℣.9.

Pietate obsistere. Pseud.1.3.℣.33.

Pietatem approbant & decorant Dij. Pœn.5.4.℣.83.

Pietas: blandientis. Germ.! Mein lieber frommer Alter. Bacch.5.2. ℣.17. Sic interpretor hunc locũ: nisi fortè Bacchidem dicamus Deos implorare, vt pietatis suæ respectu hoc sibi dare velint, vt quod cupit, à Nicobulo exoret. Sic Propert.

Atq; vtinam si fortè pios eduximus annos,

Ille vir in medio fiat amore lapis.

Catullus:

O DI reddite mi hoc pro pietate mea.

Sic

Sic Plaut. Pœn. 5. 4. ℣. 105.

Tua pietas nobis plane auxilio fuit. Ibidem:

Redde filiabus meis libertatẽ, inuictæ præmium vt esse sciam Pietati.

Pigmẽtum: pro ipsa pictura, vel pingendi ratione. Epid. 5. 1. ℣. 20. Vbi tamen virgas intelligit, quibus tamquam penicillo pingitur corium seruorum. Most. 1. 3. ℣. 105.

Pignori aliquid dare. Most. 4. 2. ℣. 62

Pignori opponere. Pseud. 1. 1. ℣. 85.

Pignus cum aliquo dare. Cas. Prolog. ℣. 75.

Pignus dare in rem aliquam. Epid. 5. 2. ℣. 35.

Pignus dare cum aliquo. Bacch. 4. 9. ℣. 133.

Pignus dare nî. Pœn. 5. 4. ℣. 70.

Pignus pro aliquo: pro, *pignoris loco.* Capt. 5. 1. ℣. 18.

Pila. Most. 1. 2. ℣. 72. Stich. 4. 1. ℣. 62.

Pila mea est: de amasia. Truc. 4. 1. ℣. 8. Meretrices enim, quę se publicant, quasi pilæ sunt. Næuius Tarentilla: —— *quasi in foro pila Ludens datatim dat se, & communem facit.*

Aut si non ipsæ pilæ, quasi ludũt pilâ. Afran. *Datatim vxorem vt ludat.* Pompon. *Quod ille dicit, cum datatim in lecto tecum lusi.*

Pila: exercitium iuuentutis. Bacch. 3. 3. ℣. 24.

Pilas quasi Dij habent homines. Capt. Prol. ℣. 22.

Pileus. Captiv. in Fragm.

Pilum iniicere alicui: est, perterrefacere. μεταφορικῶς, à re militari. Most. 3. 1. ℣. 39. Vide *Prouerbia* in Mantissa.

Pilũ catapultarium. Curc. 3. 1. ℣. 28. & 5. 3. ℣. 11.

Pingere humum floribus: variare ac distinguere. Stich. 2. 3. ℣. 28. In append. Virgil. *Ver pingit vario gemmantia prata colore.* Lucret. *Flore solum vario depingit odoriferum ver.* Inde Ver, *pictor mundi*, dicitur.

Pingi. Pœn. 1. 2. ℣. 11.

Pinna. Pœn. 2. 1. ℣. 40.

Pinnulæ: sunt paruæ pennæ. Amph. Prol. ℣. 143.

Pinsi flagris. Merc. 2. 3. ℣. 81.

Pipulum. Aul. 3. 2. ℣. 32. pro *conuitio*: à pipatu pullorum. *Pipare* enim olim dicebant pro eo, quod est eiulabundè conqueri. Inde *pipulo differre*, est conuitiari, diffamare. In Legg. XII. Tabb. idem est *obuagulari.*

Piræum: oppidum, & portus nobilis Athenienſium, vbi rerum venalium magnus erat prouentus. Bacch. 2. 3. ℣. 1. Most. 1. 1. ℣. 65. Trin. 4. 4. ℣. 11. Cicero lib. 7. ad Attic. Epist. 7. pag. 200. b. lin. 14. Edit. Gulielm. *Venio ad Piræea. in quo magis reprehendendus sim, quòd homo Romanus* Piræa *scripserim, nõ* Piræum, (sic enim omnes nostri loquuti sunt) *quàm quòd* ad *addiderim.* Græcè πειραιεύς. τὸ ει est *i* longum, αι est diphth. α, vltima syllaba εὐ accusandi casu facit πειραιᾶ. Inde Latinè *Peiræus.*

Piratica vis. Amph. Scen. *Quis tam.* ℣. 57.

Pirene: fons Corinthiensis. Aul. 3. 6. ℣. 23. Etiam Strabo hunc fontem Musis consecratum ponit in Acro Corintho. Probus in Helicone collocat.

Pisa mentium arrha. Vide litt. A.

Piscarium forum. Curc. 4. 1. ℣. 13.

Pisca-

Piscator. Trin. 2. 4. ỳ. 6.

Piscatus. Stich. 2. 3. ỳ. 34.

Piscatus: pro piscibus. Most. 1. 1. ỳ. 6.

Piscatus: de re amatoria. Bacch. 1. 1. ỳ. 69.

Piscatus hamatilis. Rud. 2. 1. ỳ. 10. & *Saxatilis.*

Piscatus electilis: h. e. pisces selectissimi. Most. 3. 2. ỳ. 42.

Pisces pennati: ioculariter. Men. 5. 5. ỳ. 20. *Aues squamosæ, pisces pennati.*

Pisces fœtidi. Capt. 4. 2. ỳ. 33.

Pisci nequam. Asin. 1. 3. ỳ. 26.

Piscina. Pœn. 1. 2. ỳ. 80. Truc. 1. 1. ỳ. 14.

Pisculenta loca. Rud. 4. 2. ỳ. 2.

Pistillum. Aul. 1. 2. ỳ. 17.

Pisto, vel *Pusto:* nomen serui à fidelitate. Merc. 2. 2. ỳ. 7.

Pistor. Trin. 2. 4. ỳ. 6.

Pistores scrophipasci. Capt. 4. 2. ỳ. 27.

Pistorum amicæ: meretrices. Pœn. 1. 2. ỳ. 55.

Pistori dare: pistrino tradere, seu, vt loquitur Catullus; *asino tradere.* Epid. 1. 2. ỳ. 18.

Pistorium: oppidum Italiæ. Inde *Pistorenses.* Capt. 1. 2. ỳ. 51.

Pistrinorum ciuitas. Conuitium in seruos. Pers. 3. 3. ỳ. 15.

Pistrinum: propriè locus est, vbi farinam in pila, *hoc est*, vase concauo pinserent & contunderent. Inde locus plenus defatigationis & negotii operosi, vireſque conficientis, *pistrinum* dicebatur. Epid. 1. 2. ỳ. 42. Bacch. 4. 6. ỳ. 11. Most. 1. 1. ỳ. 16. Pseud. 4. 5. ỳ. 9. Pœn. 4. 2. ỳ. 5.

Pithecium. κυνοκεφαλικὸν à πίθηκος. Dicitur in reprehensionem formæ puellaris. Mil. 4. 1. ỳ. 42. Truc. 2. 5. ỳ. 24. Vide & *Spinturnicium.*

Pixatra. Capt. 3. 4. ỳ. 65.

Pix calida. Merc. 1. 2. ỳ. 29.

Placẽda dos est. debet placere. Trin. 5. 2. ỳ. 35.

Placet: h. e. bene factum est. Amph. 1. 3. ỳ. 16.

Placida & otiosa res. Truc. 1. 1. ỳ. 56.

Placidè: paulatim. Merc. 1. 2. ỳ. 26. 46. 57.

Placidè: tacitè. Epid. 1. 1. ỳ. 93. Trin. 4. 2. ỳ. 39. *placidè percunctabere.*

Placidè: leniter. Bacch. 4. 7. ỳ. 35. *Placidè ostium aperire.*

Placidè, bellè. Rud. 2. 4. ỳ. 12.

Placidè: lente. Mil. 2. 2. ỳ. 65.

Placide otioseque. Pœn. 3. 1. ỳ. 42.

Placide currere. Rud. 4. 8. ỳ. 10.

Placide ire. Pseud. 1. 3. ỳ. 13. & 4. 1. ỳ. 15.

Placide pultare. Men. 1. 2. ỳ. 65.

Placidũ reddere, sc. verberibus. mitiorem. Curc. 5. 3. ỳ. 49.

Placidus & clemens. Trin. 4. 1. ỳ. 7.

Placitare: placere. Bacch. 4. 10. ỳ. 10

Placitum est. Amph. 2. 2. ỳ. 5.

Plagæ amoris: retia. Trin. 2. 1. ỳ. 11. *In plagas coniicere.*

Plagæ aurita: aures. Mil. 3. 1. ỳ. 13.

Plagæ prægnantes; sunt eminentes, protuberantes, vt prægnantium vteri solent. *Varro.* Asin. 2. 2. ỳ. 10.

Plagigera genera hominum: serui dicuntur plagigeruli. Pseud. 1. 2. ỳ. 20.

Plagigeruli serui: fictè. Most. 4. 1. ỳ. 10.

Plagipatidæ: fictè dicitur Plauto ad formam patronymicorum, à patiendis plagis. Capt. 3. 1. ỳ. 11. Most. 2. 1. ỳ. 9. Existimat tamen Gilb. Longolius Lacones sic appellatos πλαγιπατίδας: quod πλαγίδας, hoc est, ὀυλὰς, ἕλκη, ὀυλίδη, κηλίδας, hoc est, cicatrices, vlcera,

cera, conuicia, verberaque paterentur. Et accipi solet πλαγὶς pro Lacone.

plagis irrigare: tralatè. Epid. 1. 2. ϒ. 18.

plane. Mirus vsus particulæ huius, quando aliquid præcessit, vt magis confirmet. Bacch. 3. 4. ϒ. 7. *Nisi ego illam exemplis plurimis planeq; amo*. Sic Symmachus vnus & vnicus Plauti imitator lib. 1. Ep. 3. *Ibi summo cultu ciuium, planeq; susceptus tanto honore celebrabar, vt iam grauarer officiis*.

Planè: certò. Mil. 2. 6. ϒ. 54.

Planè & probè: elegans connubium. Asin. 4. 1. ϒ. 15. Epid. 3. 4. ϒ. 59.

Planè & diserte. Amph. 2. 1. ϒ. 31.

Planè: disertim. Bacch. 4. 4. ϒ. 89.

Planè hercle. Epid. 3. 3. ϒ. 28.

Plane istuc est. Truc. 2. 7. ϒ. 56.

Planiloqua. Truc. 4 4. ϒ. 10.

Planissimè. Capt. 1. 1. ϒ. 6. Epid. 3. 4. ϒ. 77. Merc. 1. 2. ϒ. 5. Pseud. 4. 7. ϒ. 73. Stich. 2. 3. ϒ. 75.

Planissumè perit. Truc. 2. 6. ϒ. 67.

Planius: certius. Truc. 1. 2. ϒ. 63. & 2. 8. ϒ. 5.

Planius dicere quid. Cist. 1. 3. ϒ. 5.

Plantam insistere. Cas. 4. 4. ϒ. 20.

Planum est. Capt. 3. 4. ϒ. 32.

Plarique omnes: ferè omnes. Epid. 2. 1. ϒ. 1. Eographius ad And. Teren. 1. 1. *Apud antiquos*, inquit, *ista dictio ponebatur, vt omnes superuacuum fieret, & superior tantum sermo propriam significationem contineret*. Iul. Cæs. Scaliger libro 7. Poet. cap. 3. *Plarique omnes, figura per emendationem augens, Plarique, immò omnes. Eadem puritas sermonis & modus est, cũ dixerit Terent. Illum liquet mihi deierare mensibus sex septem prorsus non vidisse proximis*.

Platagidorus miles: fictè dicitur. Curc. 3. ϒ. 38.

Platea. Trin. 4. 1. ϒ. 21.

Plaudere alicui. Rud. 4. 7. ϒ. 24.

Plaudite: propriè, *plausum date*. *Plaudere* textricum est verbum: Græcis σπαδὸν vel κρότειν, cùm nimirum instrumento ad eam facto licium densius inculcant, & cum plausu collidunt. Postea migrauit in Theatrum, quo sc. peractis Fabulis spectatores dimittebantur. Plærumq; addebatur illi: *Valete & plaudite*. Et vel à Grege, vel ab ea persona, quæ vltimo loco in scenam producebatur, pronuntiari solebat. Exempla omnibus Fabulis obuia. vide tamen Brisson. in Formulis lib. 8. p. 748. Epid. 5. 2. ϒ. 67. Truc. 5. 1. ϒ. 76. Trin. 5. 2. ϒ. 65. Pœn. 5. 6. ϒ. 34. *Plausum postulat Comœdia*. Cist. Grex. ϒ. 6. Most. 5. 2. ϒ. 59. Pseud. 5. 1. ϒ. 30. Men. 5. 9. ϒ. 100.

Plausum clarum dare. Rud. 5. 3. ϒ. 65. 67.

Plaustrum perculi, in prouerbio. Vide *Prouerbia* in Mantissa Lexici.

Plautus: pro, Comœdia Plautina. Men. Prol. ϒ. 3.

Plebei & pauperes. Pœn. 3. 1. ϒ. 11.

Plebiscitum. Pseud. 2. 4. ϒ. 58.

Plenus: pro stupido. Curc. 2. 3. ϒ. 39. Vide litt. D. *Dentes pleni*.

Plenus ætatis. Merc. 3. 3. ϒ. 13.

Plenus negotij. Pseud. 1. 3. ϒ. 145.

Plenus rerum; opulentus. Pers. 4. 3. ϒ. 38.

Plena mensa: cui nihil addi potest. Men. 1. 1. ϒ. 13. Propert. lib. 2. Eleg. 16. *Nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa*. & lib. 2. Eleg. 25. *Vidisti pleno teneram candore puel-*

puellam, h.e. totam lacteam & niueam.

Plena mulier, h.e. grauida. Amph. 2. 2. ℣. 49. Sic Menander καλὸς ὠδῆνην vocat.

Plenus gloriarum Mil. 1. 1. ℣. 21.

Plenus dedecoris. Mil. 2. 6. ℣. 32.

Plenus periurij atque adulterij. Mil. 2. 1. ℣. 12.

Plenus vitij & probri. Rud. 2. 2. ℣. 13. Mil. 2. 5. ℣. 13.

Plenus consilij. Epid. 1. 2. ℣. 49.

Plenus sanguinis, robustus. Bacch. 1. 2. ℣. 45.

Plorabundus. Aul. 1. 4. ℣. 38. Vbi tamen ex Nonio & MS. Pal. quart. leg. *deplorabundus*.

Plorantem facere. Pœn. 1. 2. ℣. 164.

Plorare: tristem esse. Merc. 3. 1. ℣. 3. Pseud. 4. 4. ℣. 1.

Plorare: ægrè ferre, ita vt quis ploret. οἰμώζειν. Aul. 2. 4. ℣. 29. Vide etiam *vapulare*. & *Prouerbia* in Mantissa Lex.

Πλωθεῖς, *Plotheenses* sunt tribus Ægeidis apud Athenienses. Epid. 3. 4. ℣. 2. Truc. Prol. ℣. 3.

Pluma leuior gratia. Pœn. 3. 6. ℣. 17. Men. 3. 2. ℣. 23. Cicero Attic. Epist. 23. *plumâ aut folio facilius mouentur*.

Pluma non interest, h.e. nihil interest. Most. 2. 1. ℣. 60.

Plumatilis vestis: dicta est à plumarum colore. Epid. 2. 2. ℣. 49. Prudentius:

—— *auium quoq; versicolorum*
Indumenta nouis tenentem plumea telis.

Cato de educandis liberis: *Etenim nulla qua docet pingere, potest bene iudicare, quid sit bene pictũ plumario, aut textum in puluinaribus plagis*. Male apud Nonium: *qua dicit*; & *textore*, pro *textom*. Nam *puluinaribus* adiectiuum est. Nœuius à pisis *pisatilem* vocat. Vide etiam, *Cumatilis*, & Turn. lib. 11. c. 25.

Plumbei nũmi: nullius pretii. Most. 4. 2. ℣. 11. Trin. 4. 2. ℣. 120. Cas. 2. 3. ℣. 40.

Pluris: quanti. Rud. 4. 3. ℣. 27.

Pluris pretij. Bacch. 4. 3. ℣. 17.

Plures: mortui. οἱ πλείονες. Trin. 2. 2. ℣. 14. Hesych. οἱ πεθνηκότες. Dicuntur etiam κρείσσονες, vt Dij. Aristophanes Ἐκκλησιαζούσης: ἡ γερὼς ἀνεχηκία ὥρᾳ τῶν πλειόνων. Et Tarentinis dictum oraculum, οἰκεῖν μετὰ τῶν πλειόνων. Pluribus hisce Lucilius in XIV. apud Nonium opponit *Paucos*: quia plures sunt mortuorum, quàm qui vitam viuunt. --- Nam Paucis malo, si sapientibus, esse probatum, ἢ πᾶσιν νεκύεσι κατεφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Vide etiam suprà, *Locus communis*.

Plus: melius. Trin. 1. 2. ℣. 13.

Plus: pro, potius, amplius, magis. Epid. 3. 2. ℣. 11. & 3. 1. ℣. 15. *Plus adiumẽto ades*. Aul. 3. 2. ℣. 34. Bacch. 2. 2. ℣. 13. Cist. 4. 2. ℣. 41.

Plus: pro, *diutius*. Epid. 3. 4. ℣. 66. *plus quinquennium*. Catullus dixisset: *plus quinquennio*. Idem; *Plus vno maneat perenne saclo*.

Plus quàm. Cas. 2. 3. ℣. 27. Rud. 2. 4. ℣. 13. Amph. Sc. *DI vostr.* ℣. 13. *plus quàm mira*. Truc. 4. 3. ℣. 29. *plus quàm dudum*.

Plus annis decem, hoc est, ante annos decem. Bacch. 3. 3. ℣. 58. & 4. 7. ℣. 20. Men. 3. 1. ℣. 1. Cas. 2. 6. ℣. 7. Bacch. 5. 7. ℣. 2. Epid. 3. 2. ℣. 11. & 5. 2. ℣. 10. Curc. 1. 1. ℣. 14. Ergo *plus*, pro, *plusquam*, ponitur etiam his locis. Cic. *Plus*

anno.

anno. Terent. Adelph. 2. 1. ℣. 46. *Plus quingentos colaphos infregit mihi.* Liuius: *Plus decem millia capta.*

Plus artificum Caſ. 2. 6. ℣. 4.

Pluſculum annum. Perſ. 1. 1. ℣. 21.

Plus iuſto. Bacch. 2. 3. ℣. 115. h. e. Nimis; plus quam par erat. Sic Lucret. *amplius æquo.* Horat. *Plenius æquo.*

Plus minus. Capt. 5. 3. ℣. 18.

Plus multo. Mil. 2. 6. ℣. 104.

Plus nimio. Mil. 2. 6. ℣. 101.

Plus ſapientiam. Antiqua Syntaxis Aduerbiorum. Mil. 2. 2. ℣. 81. Sic fere eſt, vt cum Mſſ. Pall. credam, ſcriptum Plauto. Mil. 1. 1. ℣. 68. *Nimis miſeriam.* Vide ſupra: *Parum fidem.*

Plus ſat. Pœn. 1. 2. ℣. 75.

Plus ſatis: conciſe. *Plus quam ſatis.* Germ. Mehr als zu viel. Epid. 3. 2. ℣. 10.

Plus petere. Moſt. 3. 1. ℣. 118. quot modis dicatur, vide Lex. iuris Io. Caluini. pag. 1452.

Plutei. Mil. 2. 2. ℣. 111. Erant machinæ bellicæ è vimine contextæ; de quibus anquiſitè admodum tractat Lipſius lib. 1. Poliorc. Dial. 7.

Plueo, pluui. Men. Prol. ℣. 63. Sic *Fuui; Annuui* apud Ennium.

Pluuit: pluit. Rud. 2. 7. ℣. 18. Interpoſito τῆ *V.*

Poculum amoris. φίλτρον. Truc. 1. 1. ℣. 22. Seneca *Amatorium* vocat Epiſt. 9.

Poculum grande. Curc. 2. 3. ℣. 89.

Poculum magnum: eſt largior hauſtus. Curc. 2. 3. ℣. 80.

Poculum bibere: de miſeria. Forma ab ipſo etiam Saluatore noſtro vſurpata. Caſ. 5. 2. ℣. 44.

Pocula magna. Rud. 2. 3. ℣. 32.

Pocula ſalſa: pro, aqua marina. Rud. 2. 7. ℣. 30.

Podagroſus: tardus. Pœn. 3. 1. ℣. 29.

Podragroſi pedes. Merc. 3. 4. ℣. 8. Epid. 5. 1. ℣. 21. vocat *pulmoneos pedes.*

Poemata vetera. Caſ. Prol. ℣. 6.

Pœni. Ciſt. 1. 3. ℣. 54.

Pœnas ſufferre. Ciſt. 1. 3. ℣. 54.

Pœnas haud mediocres pẽdere. Bacch. 3. 3. ℣. 23.

Pœnitet: contentum eſſe. Rud. 2. 7. ℣. 20. Etiam Aul. 3. 2. ℣. 20. quidã codices illud exprimunt.

Pœnitet te? Eleganti formula dicit noſter; pro, *An parum tibi videtur?* Pſeud. 1. 3. ℣. 70. Truc. 2. 6. ℣. 52. Aul. 3. 2. ℣. 20. Rud. 2. 7. ℣. 20. Bacch 5. 2. ℣. 63. Pœn. 1. 2. ℣. 71. *Conuiuij me nihil pœnitet:* h. e. nõ queror, me parum laute eſſe acceptum. Cicero lib. 1. Offic. *Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* & lib. 1. Attic. *A ſenatu quanti fiam, minimè me pœnitet.* h. e. facile cõtentus ſum, facile acquieſco, nihil queror. Terent. Heaut. 1. 1. ℣. 20. *At enim dices me, quantum hic operis fiat, pœnitet.*

Poeta γενικῶς pro ſingulari artifice. Aſin. 4. 1. ℣. 3.

Poeta fallax. Caſ. 5. 1. ℣. 6.

Pœnus probus. Pœn. 5. 3. ℣. 4.

Pœnus: pro callido & aſtuto. Pœn. Prol. ℣. 113. Inde *punica fides.* Et, *perfidia pluſquam punica.*

pœno nullus eſt punior: callidior. Pœn. 5. 2. ℣. 31.

pœnus pultiphagus. Moſt. 3. 2. ℣. 146.

ponere: deponere. Curc. 4. 3. ℣. 4. Cic. lib. 9. Epiſt. 24. *Simili vita ponenda ſit.*

porta: de porta caueatum aut circorum ad beſtias emittendas. Perſ. 3. 3. ℣. 31. Videndus ea de re

Lipſius

Lipsius libello de Amphitheatris cap. 9.

Pol. Aul. 2. 7. ℣. 2. & 3. 2. ℣. 12. Epid. 1. 1. ℣. 27. & 2. 1. ℣. 6. Cist. 4. 2. ℣. 70. 71. 74. 94. Mil. 3. 1. ℣. 161. Merc. 1. 2. ℣. 30. 31. Pœn. 5. 3. ℣. 16. Trin. 4. 3. ℣. 54.

Pol: auget assеuerationem: pro, *immò, verò, certè.* Curc. 5. 2. ℣. 4.

Pol vel. Aul. 3. 6. ℣. 24.

Pol: per se plenum est iurantis aduerbium. *Seruius.* Cas. 2. 6. ℣. 16. 21.

Pol scilicet. Pseud. 3. 2. ℣. 89.

Pol pro, *certè.* Amph. 2. 2. ℣. 150. Asin. 5. 1. ℣. 9. & 5. 2. ℣. 10. 72. 83. Aul. 2. 2. ℣. 10. & 2. 6. ℣. 9.

Pol enim. Stich. 4. 2. ℣. 36.

Pol profectò. Amph. 1. 1. ℣. 214. Men. 5. 9. ℣. 5. Merc. Prol. ℣. 22.

Pol quia. Pseud. 1. 3. ℣. 83.

Pol quidem. Cas. 2. 6. ℣. 16. Bacch. 1. 1. ℣. 56. & 3. 2. ℣. 10. & 5. 2. ℣. 76. Cist. 1. 1. ℣. 9. Mil. 1. 1. ℣. 28 Pœn. 1. 2. ℣. 78. & 5. 3. ℣. 53. Truc. 2. 4. ℣. 27. 28.

Pol quin. Asin. 4. 2. ℣. 14.

Pol: initio sententiæ. Curc. 1. 2. ℣. 15. Bacch. 1. 1. ℣. 3. & 4. 4. ℣. 27. & 5. 1. ℣. 23. & 5. 2. ℣. 9. 40. 43. Most. 3. 2. ℣. 138. Epid. 3. 4. ℣. 17. Mil. 3. 1. ℣. 38. Pœn. 5. 2. ℣. 118. 147. Pseud. 2. 2. ℣. 61. Trin. 2. 2. ℣. 64. 91. & 2. 4. ℣. 20. & 4. 1. ℣. 22. & 4. 2. ℣. 9. Truc. 2. 7. ℣. 27.

Pol: in mediâ sententiâ. Curc. 5. 1. ℣. 4.

Pol: in fine sententiæ. Pœn. 1. 2. ℣. 46.

Polenta: erat cibus seruorum molitorum in Græcia. Et fiebat sic: Perfusum aqua hordeum siccabatur per vnius noctis spatium, postero die frigebatur, postremo molis tundebatur. Asin. 1. 1. ℣. 18. Curc. 2. 3. ℣. 16. Vide, *Crepitus polentarius.*

Polentini: populi Piceni. Capt. 1. 2. ℣. 53.

Polimenta: antiqui dicebãt testiculos porcorum, cùm eos castrabant: à politione segetum, aut vestimentorum: quod similiter atque illa curantur. *Verrius.* Vide Scal ad Festum. Men. 1. 3. ℣. 28.

Polindrum. Pseud. 3. 2. ℣. 43. Vide *Cicilendrum.*

Pollens: pro *diuite.* Capt. 2. 2. ℣. 28.

Pollens vini, h. e. potẽs, de Baccho. Curc. 1. 2. ℣. 21.

Pollentia. Rud. 3. 2. ℣. 4. Cas. 4. 4. ℣. 3 *pollentia potior.*

Pollere: pro, valere, posse. Asin. 3. 3. ℣. 46.

Polliceri. Vide, *Poscere.*

Polliceri operam alicuius foras. Cas. 3. 2. ℣. 21.

Pollicitari operam suam. Mil. 4. 2. ℣. 66.

Pollicitatio. Trin. 3. 3. ℣. 10.

Pollinarium cribrum. Pœn. 3. 1. ℣. 9. Vide, *Cribrum.*

Pollinctor: dicebatur vel à *pollingo*, h. e. curo & edo: vel à *pollincio*, quod est, vngo; quasi pollutorum cadauerum vnctor, qui mortuos curabat. Glossæ: νεκροφόρος, νεκροκόμος, ἐνταφιαστής. Vlp. ff. 14. de inst. act. Idem Labeo ait, *Si libitinarius quem Græci νεκροθάπτην vocant, seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem, &c.* l. 5. §. de inst. act. Fulgentius Placiades: Pollinctores, quasi *pollutorũ vnctores* dici vult. quia nimirum corpora mortuorum vngebant. Seruius ad lib. 9. Æneid. à polline deriuat, quo mortuis os oblinebant,

nebant, ne liuor appareret exstincti. Turneb. l. 28. Adv. cap. 31. *à pelle vngenda*, quasi pellis vnctores. Alii à *pollincio* vel *pollinceo*. Glossarii à *pollingo*, ἀλειφελλωνικῶ, ἐντριφιάζω, poliens vngo. παραχεύωνικῶ. Asin. 5. 2. ℣. 61. Pœn. prol. ℣. 63. Vsurpauit etiam hoc verbum Tertullianus adv. Gnosticos, & Iulius Firmicus in libro Matheseos, aliique.

pollinctorius. Aul. Sc. *Quid hic*. ℣. 16.

pollio: ineptus Comœdus. Bacch. 2. 2. ℣. 37. Meminit etiam Symm. lib. 10. Epist. 2. *Non idem honor in pronunciandis fabulis* P. *pollioni, qui Ambiuio fuit*.

pollucere Herculi Stich. 2. 1. ℣. 80.

pollutes: pro, *pollux*, κατ' ἐναλλαγὴν numeri. Bacch. 4. 8. ℣. 53. Etiam de vno, inquit Varro lib. 4. LL. olim dicebatur, *pólluces*. Et Seruius in III. Georg. Ambo licenter & *pólluces*, & *Castores* vocantur. Symmachus lib. 1. Epist. 89. & Arnob. lib 1.

Pollucibiliter opsonare. Most. 1. 1. ℣. 23. hoc est, lautè, opiparè, sicut in polluctu fieri solet. Solebant enim Herculi decimam bonorum offerre, & id sacrum dicebatur *polluctum Herculis*, vbi omnia magnificè & sumtuosè gerebantur. De *Pollucere* vide Festum, & Beroald. Append. Annotat. cap. 11.

Polluctum. Rud. 5. 3. ℣. 63.

Polluctura. Stich. 5 4. ℣. 6.

Polluctus: repletus. *Pollucere* verbum est è sacris Herculis. Curc. 1. 3. ℣. 37. *Polluctus virgis*. & Rud. 2. 4. ℣. 11. *Pollucta pago meretrix*: de communi prostibulo. Ita interpretatur Turnebus. In polluto Herculis omnia exponebantur obuiis, vt eleganter docuit elegantissimus Dousa Centurionatu ad Plautum lib. 4. c. 13.

Polymacharoplacides. Pseud. 4. 2. ℣. 31.

Πολυπλάσιος. Capt. 2. 2. ℣. 27. & 5. 2. ℣. 20.

Polypus: piscis qui fibris & branchiis suis quicquid amplexus est, firmissimè tenet. Ælianus lib. 1. Varr. Hist. cap. 1. *πολυπικὸς* pro rapaci & furaci ponitur. Aul. 2. 2. ℣. 21. Rud. 4. 3. ℣. 71.

Pompa: propriè est transuectio solemnis, quâ per vrbem varia spectatu digna, partim animalia, partim homines incedebant, partim omnis generis supellex, aurum, argentum, pocula, *&c.* deportabantur. Item Deorum signa, tabulæ pictæ *&c.* Romani autem pompa non vtebantur nisi in triumphis. Plautus vsurpat de apparatu seruorum. Bacch. 1. 2. ℣. 6. item de festali solemnitate. Cist. 1. 1 ℣. 92. Mil. 1. 1. ℣. 67. *pompam præterducere*. Pœn. 5. 2. ℣. 52. *in pompam dare*.

Pompa; de leuissimo grege hominũ. Cas 3. 5. ℣. 66.

Pompam ferre. h. e. ordine, vt fit in pompa. Stich. 5. 4. ℣. 1.

Pone: à tergo. Curc. 4. 2. ℣. 1. Cas. 5. 1. ℣. 15.

Pone recedere: & *pone se locare*. Pœn. 3. 2. ℣. 34.

Pone se latere: officere sibi. Trin. 3. 2. ℣. 37.

Ponere: pro *habere*. *Eodem vos pono*. sc. loco. Curc. 4. 2. ℣. 20.

Ponere: deponere. Cas. 3. 5. ℣. 55. 61. Curc. 2. 3. ℣. 76. Men. 2. 2. ℣. 74. Pers. 3. 1. ℣. 31. Mil. 4. 1. ℣. 7.

Sic Iuuenalis:
——*periit libraria, ponunt*
Cosmeta tunicas.
propert.
——*Quos pastor viderat olim*
Idæis tunicam ponere verticibus.

Ponere: pro, *exponere*. Capt. 3. 5. ℣. 30.

Ponere ad compendium. Cas. 3. 1. ℣. 3.

Ponere: obsceno sensu. Aul. 4. 4. ℣. 10.

Pondo decem amoris. Truc. 5. 1. ℣. 21.

Pondo vnica. Rud. 4. 2. ℣. 8.

Pontem interrumpere. Cas. Prol. ℣. 66.

Pontifices: de periurio cognoscebant. Rud. 5. 2. ℣. 21.

Pontus. Trin. 4. 2. ℣. 89. Truc. 2. 6. ℣. 59.

Pons mendicorum. Trin. 2. 4. ℣. 21.

Popina. Pœn. Prol. ℣. 41. Pœn. 4. 2. ℣. 12.

Poplicitus legari: à populo, populi causâ. Stich. 3. 2. ℣. 35.

Poplus. Amph. 1. 1. ℣. 103. Cas. 3. 2. ℣. 6

Popularis. Pœn. 5. 2. ℣. 79.

Popularis: in feminino genere. Pœn. 4. 2. ℣. 84. & 5. 2. ℣. 5. Rud. 3. 4. ℣. 36. & 4. 4. ℣. 36. & 4. 8. ℣. 4.

Popularis cœna. Vide, *Cœna pop.*

Populares: ciues. Rud. 3. 1. ℣. 13. & 3. 2. ℣. 1.

Populares: sunt δημότιοι, τερπνδται. à populando. Aul. 3. 1. ℣. 1.

Popularitas. Pœn. 5. 2. ℣. 81.

Populna sors: ex populo arbore. Cas. 2. 6. ℣. 32.

Populus: pro *vulgo*. Curc. 1. 1. ℣. 29.

Populus magnus: turba. Truc. 1. 1. ℣. 55.

Postulare: velle. Pœn. 3. 5. ℣. 31.

Porcere: βοηθικῶς, est, *prohibere*. Pseud. 1. 5. ℣. 68.

Porci sacres sinceri: sunt integerrimi, & ad sacrificium idonei, qui Laribus immolabantur ab iis, qui piaculũ aliquod admiserant, aut qui insani fuerant: imò etiam quibus aucta erat liberorum prole familia. Vide Varr. de Re R. lib. 2. cap. 1. & 4. Mur. Variarum L. lib. 3. cap. 7. Turn. lib. 29. cap. 32. Rœuard. lib. 3. cap. 18. Cõiect. Plaut. Men. 2. 2. ℣. 16. Rud. 4. 6. ℣. 4.

Porcina polimenta: Men. 1. 3. ℣. 28.

Porcinarij: qui porcinæ carni præfecti sunt. Capt. 4. 3. ℣. 5.

Porcula. Mil. 4. 2. ℣. 68.

Porculum. Men. 2. 2. ℣. 38.

Porculus. Rud. 4. 4. ℣. 126. Vide, *sucula*

Porrecti: dicuntur propriè, qui iam mortui iacent. Pseud. 1. 1. ℣. 34. Catullus: *Postquam est porrecto facta marita sene.*

Porricere. Verbum sacrorum ex disciplina haruspicum, & ex præcepto Pontificũ. solemne sacrificantib. fuisse, patet ex Macrob. l. 3. c. 2. Pseud. 1. 3. ℣. 31. Quasi *porro iacere* exta in altare, & Diis offerre. Næuius: *Simul atrocia porricerẽt exta ministratores.* Virgil. 3. Æn. *Pateram tenet extaq; salsos*
Porricit in fluctus. Liuius lib. 9. Decad. 3. *Secundũ eas preces exta, cæsâ victimâ, vti mos est, in mare porricit, tubaq; signũ dedit proficiscendi.* Varro lib. 5. de L. L. *Inter hostiam cæsam & exta porrecta.* Alia vide apud Brisson. Form. lib. 1. pag. 27. & Turn. Aduers. lib. 24. cap. 13. Arnob. lib. 2. adv. Gentes. Macrob. 3. Satur. Seru. in 5. Æneid.

Porrigere: verbũ funereum. Rud. 3. 2. ℣. 46. Aliter *Collocare* dicebant. Vide Ioh. Kirchmanum de Funeribus, & Martial. Epig. lib. 5. Epig. 67. *Collocata fus.*

Porri-

Porrigere frontem. Cas. 2. 4. ℣. 3.

Porrigere manum. Pseud. 4. 7. ℣. 49.

Porrigere brachium ad salutem: manu porrecta aliquem salutare. Pseud. 2. 4. ℣. 18.

Porrò; ἀυξητικὴ particula. Asin. 5. 2. ℣. 25.

Porrò: h. e. amplius. *Porrò dicam.* Curc. 3. ℣. 83.

Porro loqui. Amph. 5. 1. ℣. 67.

Porro Quirites! Vide *Optati Ciues.*

Porta Metia: erat Romæ, vbi cõburebãtur cadauera, & ante quam in crucem suspendebantur noxii. Extra eam domus carnificum erat. Casa. 2. 6. ℣. 2. Pseud. 1. 3. ℣. 96.

Portare: nunciare. Most. 2. 2. ℣. 35. Stich. 2. 3. ℣. 13.

Portentum est; prædictum est. Pœn. 5. 4. ℣. 33.

Portendere: est porro ostendere. Inde *portenta.* Asin. 3. 1. ℣. 27. Rud. 5. 3. ℣. 38.

Portendere malum. Pœn. 2. 1. ℣. 18. & 3. 5. ℣. 4.

portentum. participiũ à, *portendor.* Curc. 2. 2. ℣. 22.

Portisculus. Græcè κελόυστης, *Iussor.* Qui aliàs est *praco*, is in naui est *portisculus.* Dabat enim in nauì modum remigibus. Sic etiam dicebatur ipsa pertica in naui. Alii arbitrantur, recte ita appellari & ipsum locum seu pergulam, & eos qui in illa. Sic enim Nonius: *portisculus propriè est hortator remigum, h. e. qui eandem pergulam tenet, qua portisculus dicitur, in qua excursum & hortamenta moderatur.* Ita locus ille legitur in MS. palat. Asin. 3. 1. ℣. 15. Merc. 4. 2. ℣. 5. Vide etiam *Hortator;* & Crepund. Heinsii ad Silium pag. 404.

Portitor: qui portoria exigit. Men. 1. 2. ℣. 8. Trin. 3. 3. ℣. 65. 81. & 4. 4. ℣. 15. Virg. 6. Æneid. *Portior has horrendus aquas & flumina seruat Terribili squalore Charon.* Cicero de lege Agraria ad Quirites: *Sin est iniquum, Quirites, si turpe, si intolerandum, hos decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis constitui; qui non modò reges, atque exterarum nationum homines excutiant.*

Portitores: κατὰ μεταφορὰν dicuntur lenæ. Asin. 1. 3. ℣. 7. Quemadmodum enim οἱ πορθμεῖς, portitores, trauehunt vectores à littore ad littus per medium mare, ita lenæ traiiciunt amantes à limine domus meretriciæ ad egestatem per domum & consuetudinem meretriciam. *portitores,* inquit Nonius, *dicuntur telonarij, qui portum obsidentes omnia scisciantur, vt ex eis vectigal accipiant.* Cicero lib. 4. de Repub. *Nolo enim eundem populorum Imperatorem & portitorem esse terrarum.* Sic Charon tralate dicitur *Portitor Orci.* Æneid. l. 6.

Portorium; vocatur quæstus meretricius. Asin. 1. 3. ℣. 7. Trin. 4. 4. ℣. 15. Alias est φόρος τελωνικὸς, vectigal, quod portitor seu publicanus exigit.

Pòsca; potus leuior, quem post crapulam potitarunt. Mil. 3. 2. ℣. 23. Rud. 4. 3. ℣. 37. Truc. 2. 7. ℣. *posca.*

Poscere: procorum verbum. Aul. 2. 1. ℣. 39. & Aul. 2. 2. ℣. 42. 47.

Poscere; pro liceri, & auctionari. Merc. 2. 3. ℣. 101. 102. 103. Stich. 2. 1. ℣. 69. *pollicitationem* Ici vocant primum illud pretium,

quod vltrò offert emtor, antequam præcorem venalem proclamet: quod ab eo tempore fieri possit *licitatio.*

Poscere: in conuiuiis simpliciter dicitur de potu. Asin.4. 1.ϒ.26.

Poscere aliquem. est *debitum exigere.* Curc.1.1.ϒ.63.&3.ϒ 8.Cas.Prol. ϒ.27.&5.2.ϒ.12. Men.4.3.ϒ.13. Rud.5.3.ϒ.20. Truc.2.4.ϒ.73.

Poscere aliquem clamore: inclamare. Curc.5.3.ϒ.5.

Poscere clarè: est, flagitare, ἀπαιτεῖν βιαίως, μετὰβοῆς, vt explicant Glossæ Philoxeni. Curc. 3.ϒ.9. Epid.3.4.ϒ.83.

Positum est: licet. Merc. Prol. ϒ.67.

Posiuit, ἀορ. αἰχαῖκῶς. Asin.3.1.ϒ 16 *apposuit.* Curc. 2.3.ϒ.77. Eodem modo Plautus dixit *Habiui & Vaciuus.* Videlitt.H.& V.Catul. *deposiuit.* Prisc.l.10. *Antiqui* posiui *protulisse inueniuntur.* Plautus Vidularia: *Nunc apud sequestrum vidulum posiuimus.* Apul. in 1.Hermog. *Et cibatum, quem iucundum esse nobis animaduerterant, eum appositerunt.* Et antiqua inscriptio pag.150.6.7.

VIAM.FECEI.AB.REGIO.AD.CAPVAM.ET.IN.EA.VIA.PONTEIS. OMNEIS. MEILIARIOS. TABELLARIOSQ.POSEIVEI.

Posse: interdum videtur παρέλκειν. Most.2.1.ϒ.40.&2.2.ϒ.12. Vide etiam, *Facere.*

Posse: pro, *valere.* Cas.2.4.ϒ.4.Truc. 4.3.ϒ.38. *Plus potest qui plus valet.*& 4.2.ϒ. 42. *In me plus potest.*

Possidere in se mores saculi. Truc. Prol.ϒ.13.

Possiem. Stich.3.2.ϒ.25.

Possies. Men.5.9.ϒ.47.

Possiet: possit. Cist.1 3.ϒ.37. Bacch. 3.1.ϒ.3.Most.4.2.ϒ.68. Merc.1. 2.ϒ.34.Pœn.4.2.ϒ.59. Stich.5.5. ϒ.28.Trin.2.4.ϒ.157.&4.2.ϒ.83.

Post: auferendi casu iunctum. Men. Prol.ϒ.36. *Paucis diebus post.* & 5. 9.ϒ.72. *Multis annis post.* Most. 2.2.ϒ.10. *triennio post.* pacuuius in Teucro: *Quem te post multis tueor tempestatibus.*

Post: deinde, postea, εἶτα. Aul.2.4.ϒ. 7.Capt.3.5.ϒ.98.Cas.1.1.ϒ.32.& 3.2.ϒ.15.Epid.3.4.ϒ.37.Men.3.2. ϒ.8.& 3.3.ϒ.22.Pseud.2.4.ϒ.31. Pœn.1.1.ϒ.16.Rud.4.2.ϒ. 27.& 3.4.ϒ.9.16.& 4.4. ϒ.106.Stich. 2.3.ϒ.55.62.Trin.3.3.ϒ.8.

Post-deinde. Men.3.2.ϒ.8.

Post me: à meo tergo, pone me. Epid.2.2.ϒ.53.

Post-principia. pers.4.1.ϒ.4.M.Varro de re rustica lib.3. c.4. *Ille: ego verò à post-principiis, vt in castris.* Castrēse est prouerbium: *A post-principiis incipere: in post-principiis stare; in post-principiis esse.* Idem Varro de Historia apud Agellium: *Quid si non horum omnium similia essent principia, ac post principia susque deque esset?* Idem de disciplinis Mathematicis; *Sed hæc aut omnino non discimus, aut prius desistimus, quã intelligamus cur discenda sint. Voluptas autem vel vtilitas talium disciplinarum in post-principiis existit, cum perfecta absolutaque sunt: in principiis verò ipsis inepta & insuaues videntur.* Vide ὑφὲν in Mantissa.

Post tempus. Capt.4.2.ϒ.90. *serò post tempus venis.*

Postea: Comicè παρέλκει. Men.3.2. ϒ.32.

Postea: pro, præterea, adhuc. Most.1. 3.ϒ.131.Merc.2.3.ϒ.36.&2.3.ϒ. 114.Pseud.4.6.ϒ.30.

Postea

Postea demum. Asin.5.2.¥.59.

Posterius: comparatiuus est. Asin.1.1.¥.49.Merc. 2.1.¥.8. *Posterius quam.*

Posterius: deinde, postea. Epid. 2.2.¥.77.&5.1.¥.49. Pers.1.3.¥.59. &5.2.¥.21.

Postibi: postea.Rud.3.1.¥.8. &4.7.¥.37.Cist.2.3.¥.76.Pœn.Prol.¥.108.&4.2.¥.80. Mil.5.1.¥.25. Sic:*Interibi:Inibi; postidem, postidea.*

*Posticulum.*Trin.1.2.¥.157. & 4.3.¥.78.

Posticum, postica parte ædiũ.Stich. 3.1.¥.41.Most.3.3.¥.27.

*Post id.*Cas.1.1.¥. 42.

*Postidea:*pro,postea.Cas.Prol.¥.33. Stich.1.2.¥.40. Truc.2.4.¥.67. &4.2.¥.49.Asin.3.3.¥. 120.

*Postidea loci:*postea loci.Cist. Grex. ¥.3.Stich.5.5.¥.17.

*Postidem:*pro,*postea.* Aul.1.2.¥.40.

*Post-partores.*Truc.1.1.¥.42.

Postilena: est lignum incuruum sub iumentorum cauda, ad sustinendum βάσαγμα, cui onus imponitur.Cas.1.1.¥.37. Apud Isidorum est; *Antella,* quasi *Anteſella* ; & *post-ſella.* Noster dicit *Postilena;* vt *Antilena,* τὸ ἀπόστερνιδιον, ἀπόστηθον:& *Postilena,* κοπρολιτάριον, à fimo & cauda: Eodem modo diceremus *Fimocaudium.*Galli vocãt *vne croupiere.* Itali *groppiera.*

*Post.vbi.*Stich.4.1.¥.63.

*Postilla:*postea.ὀψαίπως. Capt.1.2. ¥.9.Curc.4.2.¥.43.Cas.1.1.¥.31. Most.1.2.¥.60.Men. 2.2.¥.67. &4.3.¥.11.&5.9.¥ 59. Pœn. 2.1. ¥.21.&3.5.¥.5. Stich. 4.1.¥.24. Truc.2.6.¥.4.

*Postquam:*cum indicandi modo. Capt.3.1.¥.27.*postquam video.*

Postquam : pro, *quia.* Bacch. 3.6. ¥.3.

*Postquam;*pro,*quamdiu.* Most. 3.3. ¥.22.

*Postquam,post.*Trin.2.4.¥.15.&4.2. ¥.133. 156.

Postremò. Inchoat nouam sententiam solemniter apud Plautum; Mil.4.5.¥.10. Asin.1.1.¥.35.

*Postremus;*pro parte postrema. Cist. Grex.¥.6.*postrema Comœdia.*

Postulare: ἀξιόω, cupere, velle,æquum putare.Amph.1.1.¥. 205. &2.2.¥157.&3.2.¥.10.Asin.1.3. ¥.37.&3.1.¥.4.Cas.1.1. ¥. 8.39. 53.&2.2.¥.22.&2.5.¥.3.&5.4.¥. 1.Epid.3.4.¥.9.Men.2.3.¥.88.& 5.9.¥.21.Aul.2.6.¥.12. & 4.1.¥. 3. Capt.1.2.¥.77. &3.5. ¥. 81. Most.1.3.¥.101.&3.1.¥. 80.& 4. 3.¥.16.29.Mil.2.3.¥.31. & 2.5.¥. 27.Pœn.3.1.¥. 41. & 5.2. ¥.122. Pseud.1.1.¥.99.&1.5.¥ 24.&1.3. ¥.143.&3.2.¥.62.64.Rud.2.3.¥. 63.&3.4.¥.4.&4.3.¥.4.51.&5.3. ¥.29.Trin.2.1.¥.11.&2.4.¥.40. &3.2.¥.70.&4.2.¥.130. &4.3. ¥.15.Truc.1.2.¥.39.&4.2.¥.17. &5.1.¥.36.

Postulare: expostulare. Mil. 2.6. ¥.35.

*Postulatio;*expostulatio. Bacch.3.3. ¥.45.Cas.3.2.¥.26.

*Postulatum aliquem adire:*accusare. Bacch.3.3.¥.38.

Postumus ; est, qui post patrem mortuum natus est. Aul. 2.1. ¥.42. Scribitur absque adspiratione. Et sic omnino est in meo argenteo nummo Romano; qui vtraque facie talis est : vnâ quidem, imago Dianæ: alterâ, vertagus cum venabulo. Inscriptio C.POSTVMI.



potare dies noctesq. Truc. 5. 1. ỳ. 12.
potare pro Ilio. Men. 1. 3. ỳ. 4.
potatio; pro, compotatio. Bacch. 1. 1. ỳ. 46.
Potator maximus. Men. 2. 1. ỳ. 34.
Potatum ire. Pseud. 5. 2. ỳ. 28.
Pote: δυνατὸν, à, *potis.* Aul. 2. 9. ỳ. 2. Most. 1. 3. ỳ. 98. Truc. 5. 1. ỳ. 5.
Potens, potis, potior, potissimus: qui primas tenet in re quacumque, & quasi regnum. Ger. Der beſt Hau im Korb. Men. 2. 3. ỳ. 9. Cas. 1. 1. ỳ. 24. Stich. 1. 2. ỳ. 40. Truc. 1. 1. ỳ. 27. & 4. 2. ỳ. 15. *Solus summam habet apud nos; nunc is est fundus nobis.* Terent. Hec. 1. 1. ỳ. 9. *eximium* vocat: & Eun. 1. 2. ỳ. 7. *sine illum priores partes hosce aliquot dies apud me habere.* Propert. lib. 2. El. 18. —— *tota dicar in vrbe potens.* Hinc originem ducit, quod tamquam regno adepto glorientur amatores voti amatorii compotes. Stich. 1. 3. ỳ. 10. *Superas facile, vt superior sis mihi, quàm quisquam qui imperant.* Martial. lib. 11. Epig. 41. *Et solam tenet, imperatque solùm.* Propert. lib. 2. Eleg. 13. *Et subitò felix nunc mea regna tenet.* Tibull. lib. 1. Eleg. 10. *Et geret in gremio regna superba tuo.*
Potens auro. Epid. 1. 2. ỳ. 50.
Potens pacis. Pœn. 5. 4. ỳ. 9.
Poteria: ποτήρια. Trin. 4. 3. ỳ. 10. *Poterion Samiolum*: ex argillâ. Stich. 5. 4. ỳ. 12.
Potesse: pro, *posse.* Aul. 2. 4. ỳ. 30. Cist. 1. 1. ỳ. 32. Epid. 2. 2. ỳ. 44. Bacch. 3. 6. ỳ. 30. Most. 4. 2. ỳ. 44. & 4. 3. ỳ. 23. Men. 4. 2. ỳ. 41. Pseud. 1. 1. ỳ. 24. & 5. 2. ỳ. 10. Rud. Prol. ỳ. 55. Truc. 1. 1. ỳ. 72.
Potessit. Pers. 1. 1. ỳ. 41.
Potessum. Pœn. 1. 2. ỳ. 17. Est à *potis*, & *sum*: hinc *potessum*, & *possum*, contracte. *Pos* enim in *possum* est ex *potis*: & *pos*, in, *possumus*, est ex, *potes*, plurali.
Potest: pro, possibile est. Most. 3. 2. ỳ. 72. Pseud. 2. 2. ỳ. 38.
Potest: valet. Stich. 1. 2. ỳ. 12.
Potestas: copia, facultas. Cist. 1. 2. ỳ. 18. Epid. 1. 1. ỳ. 13. Merc. Prol. ỳ. 64
Potestur. Merc. 3. 2. ỳ. 10.
Πόθεν: vnde. Pers. 2. 3. ỳ. 79.
Potin'? potisne es? Amph. 3. 2. ỳ. 22. Cist. 2. 3. ỳ. 52. Epid. 1. 1. ỳ. 60. Bacch. 4. 4. ỳ. 99. Mil. 3. 3. ỳ. 53. Merc. 2. 3. ỳ. 104. & 2. 4. ỳ. 27. Men. 3. 2. ỳ. 1. Pœn. 5. 2. ỳ. 129. Trin. 3. 3. ỳ. 30. Truc. 2. 8. ỳ. 5.
Potin' vt. Merc. 5. 2. ỳ. 49. Pœn. 4. 2. ỳ. 94.
Potio. Men. 1. 1. ỳ. 12. & 5. 5. ỳ. 22. Rud. 2. 6. ỳ. 46. *potio salsa, frigida.* Stich. 4. 2. ỳ. 56. *potio vincea*: h. e. laqueus.

Potior:

Potior: compos, à *potis*, *potior*, *potiss.* de quo paulò ante. Cas. 1. 1. ℣. 24. Aul. 4. 7. ℣. 12. *potior res.* Pseud. 1. 3. ℣. 93. *potior*, pro, præstantior. Stich. 1. 2. ℣. 40. *potiorem habere, quàm.*

Potiri. Pœn. 1. 2. ℣. 11. 19. Epid. 4. 1. ℣. 5. 35. Capt. 1. 2. ℣. 35. & 3. 4. ℣. 104. *potiri hostium.* Sic Cicero Tuscul. 1. *potitur fatorum*; pro, moritur. Ita in Papiniani responso l. quod si. de capt. *Exinde sui iuris videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est.* Tryphoninus l. in bello, tit. eodem: *Cætera quæ in iure sunt, postea quam postliminio redit, pro eo habentur, ac si numquam iste hostium potitus fuisset.* Terent. Phorm. 3. 1. ℣. 5. *potiri mali.* hoc est, incidere in malum. Et sic noster. Most. 2. 1. ℣. 66. *ne quid potiantur*, quamobrem pigeat viuere. Rud. 1. 3. ℣. 7. *potiri laborem.* Pseud. 4. 6. ℣. 9. *potiri muliere.*

Potis: possibilis, δυνατὸς. Capt. 1. 1. ℣. 21. & 5. 2. ℣. 17. Cas. 2. 3. ℣. 2. Curc. 2. 2. ℣. 19. Bacch. 1. 1. ℣. 1. Mil. 3. 1. ℣. 89. Merc. 2. 3. ℣. 15. Pers. 1. 1 ℣. 36.

Potis sum, es, est. Mil. 3. 3. ℣. 11. & 4. 8. ℣. 12. Merc. 2. 2. ℣. 59. Pœn. 4. 2. ℣. 24. 53. Stich. 3. 2. ℣. 1. & 5. 5. ℣. 32. Truc. 1. 2. ℣. 63.

Potissimum: prius. Trin. 4. 2. ℣. 38.

Potitare: crebrò potare, Amph. 1. 1. ℣. 300. & 1. 3. ℣. 37. Mil. 2. 5. ℣. 19. & 3. 2. ℣. 23.

Potitare pocula. Asin. 4. 1. ℣. 26.

Potiuit: ἐπεξηγητικῶς. Amph. 1. 1. ℣. 23. Alibi παρηγητικῶς. Capt. 1. 1. ℣. 24. Epid. 4. 1. ℣. 5. 35. Asin. 3. 2. ℣. 9. Sic Cicer. 1. Tuscul. quæst. *potitur fatorum*, hoc est, moritur. Et in Responsione Papiniani l. quod si de capt. *Exinde sui iuris videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est.* Tryphoninus l. in bello, eodem Tit. *Cætera quæ in iure sunt, postea quam postliminio redit, pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potitus fuisset.* Terent. Phorm. 3. 1. ℣. 5. *Potiri mali* dixit; pro, opprimi à malo, & in eius tanquam potestatem venire. Vide paulo ante in *Potiri.*

Potius: in cõparatione sæpe omittitur. Rud. 4. 4. ℣. 70. Vide *Ellipsis*, in Mantissa.

Potitius. Erat imperitus & rusticus sacerdos Herculis, à potiendo sic dictus: sicut *Pinarius* ἀπὸ τοῦ πεινᾶν. Bacch. 1. 2. ℣. 15. Fusius de vtroque lege apud Interpretes.

Virgil. lib. 8. Æneid.

——*primusque Potitius auctor*
Et domus Herculei custos Pinaria sacra.

Inprimis Seruium Danielis & Pimpon. Itemq; Festum Pomp. Macrob. l. 1. c. 12. & lib. 3. cap. 6. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. Liuium lib. 9. & Renatum Schoppinum de sacra Politia lib. 1. aliosque.

Potius: citius, melius. Elegantiformadicitur. Aul. 4. 10. ℣. 26. Pseud. 4. 1. ℣. 17. Rud. 4. 3. ℣. 29.

Potius quidem, quàm. Aul. 1. 1. ℣. 12.

Præ: eleganter seruit comparationibus. Aul. 3. 6. ℣. 5. Curc. 1. 2. ℣. 5. Mil. 4. 1. ℣. 42. & 4. 4. ℣. 34. Most. 1. 3. ℣. 88. Men. 1. 2. ℣. 67. *Solem vides vt occæcatus præ huius candoribus.*

Præ: notat causam efficiẽtem. Stich. 2. 1. ℣. 63.

Præ; notat causam impulsiuam.

Stich.3.2. ℣.13. Truc.2.3.℣.7.

Præ; h.e. *ante. Ire præ.* Comicâ ratione. Amph.1.3.℣.45. Curc.4.2.℣.1. Perſ.4.4.℣.56.

Præmanu. Comica formula, eadem cum illa: *In mundo, In promptu.* Bacch.4.3.℣.10.

Præquod. Elegans particula comparationum. Stich.2.3.℣.37. *Omnes res relictas habeo, præquod tu velis.* Moſt.1.3.℣.8?. Mil.4.4.℣.4.34. Merc.2.4.℣.21. Vide etiam *Præquam*, & *Præut.*

Prabere; Venereum verbum Amph. Sc. *Tún' me.*℣.17.

Præbere; ſuppeditare. Men.1.2.℣.12.

Præbere ligna: eſt, παρέχειν, *ſuppeditare.* Aul.3.1.℣.8. Men.1.2.℣.12. *purpuram benè præbeo.* Amph.4.2.℣.40. *præbere vxorem vſurariam.* Capt.4.2.℣.33. *præbere populo piſces fœtidos.* Propert. lib.2. Eleg.7. *Vnde mihi patriis natos præbere triumphis.* Cicero in Piſonem: *Cateruam Imperatori ſuo nouam præbuerunt.* Horat.lib.1.Sat.5.℣.46. Cic. ad Att.lib.5. *Scito non modò nos fœnum, ſed neq; ligna quidem accipere.*

Præcantatrix: quæ ſuis incantamentis mala ab hominibus poteſt amoliri. Mil.3.1.℣.98. Vide etiam *Comprecari.*

Præcauere. Epid.1.1.℣.86.

Præcauto opus eſt. Merc.2.2.℣.62.

Præcedere alicui. Aſin.3.3.℣.39.

Præcellere: clarum eſſe. Pſeud.2.3.℣.14. Vbi Priſc. & Diomedes notant ſecunda coniugatione dictũ *præcellére.*

Præceps, præcipis. Rud.3.3.℣.8.

Præcepta tenere in corde. Pœn.3.2.℣.1.

Præceptor: informator boni an mali. Pſeud.4.7.℣.96.

Præcidere. Rectum & ſignatum verbum de amore. Mil.4.6.℣.55. *interim linguam oculi præciderũt.* Sic Euripid. ἔρως ὑβρικόπτει φρένας. h.e. ἐλαττοῖ, imminuit. Metaph. ſumta ab auibus, quibus alæ præciduntur, ne poſſint volare.

Præcidere os; contundere os, batuere. Caſ.2.6.℣.52. *τὸ præ* eſt ὠξηπκὸν.

Præcinctus; cinctus bene. Bacch.3.3.℣.28. Contrarium eſt *diſcinctus.* Sulla de C. Iulio Cæſ. apud Suet. *Male præcinctum puerum caueatis.*

Præcipere; indicare. Mil.2.2.℣.92.101.

Præcipere, mandare. Aſin.2.4.℣.15.

Præcipitem trahi in piſtrinũ. Pſeud.1.5.℣.79.

Præcipito; præcipio. Trin.2.2.℣.17.

Præcipitare; præceps cadere. Trin.2.1.℣.31.

Præcipuus. Trin.5.1.℣.1.

Præcluere belli. Amph.2.2.℣.14. Vide *Clueo.*

Præco. Bacch.4.7.℣.17.

Præconium dare alicui; ſinere vt aliquis ſit præco. Men.5.9.℣.93.

Præcucurri. Merc.1.2.℣.110.

Præcurrere obuiam. Men.5.8.℣.8.

Præda de homine erepto. Epid.3.3.℣.13.&5.1.℣.2.15.

Præda; pro lucro. Merc.2.3.℣.104.

Præda; de auro & argento. Aul.4.2.℣.3.&5.1.℣.8. Cæſar. lib.6. *Præda ex omnibus locis agitur.*

Præda; de quæſtu. Stich.2.1.℣.67.

Præda afficere. Amph.1.1.℣.38.

Præda prædatum it. Rud 4.7.℣16.

Præda prædam ducit.℣.36.

Prædam capere de prædonibus. Truc.1.2.℣.14.

Præda-

Prædatoria nauis. Men. 2. 3. ℣. 87.

Prædicare; affirmare, dicere. Amph. 2. 1. ℣. 11. & 3. 2. ℣. 20. & 5. 1. ℣. 33. Asin. 3. 2. ℣. 20. & 4. 1. ℣. 18. & 5. 2. ℣. 52. Aul. 4. 7. ℣. 7. Curc. 3. ℣. 27. Most. 1. 2. ℣. 12. Cist. 1. 1. ℣. 38. Epid. 5. 1. ℣. 19. Mil. 3. 1. ℣. 38. 55. & 4. 1. ℣. 21. Trin. 2. 2. ℣. 54. & 4. 2. ℣. 45. & 4. 4 ℣. 6. Curc. 1. 2 ℣. 15. Most. 3. 2. ℣. 85. & 4. 2. ℣. 65. & 5. 2. ℣. 19. Mil. 2. 5. ℣. 61. & 3. 3. ℣. 57. & 4. 6. ℣. 9. Men. 1, 3. ℣. 60. & 5. 1. ℣. 15. & 5. 2. ℣. 81. & 5. 5. ℣. 11. Merc. 2 1. ℣. 25. & 2. 2. ℣. 22. Pseud. 1. 2. ℣. 58. & 1. 5. ℣. 58. 117. & 4. 2. ℣. 59. & 3. 2. ℣. 9. & 4. 2. ℣. 16. & 4. 7. ℣. 98. & 5. 2. ℣. 12. Pœn. 5. 1. ℣. 24. & 5. 2. ℣. 43. 51. & 5. 3. ℣. 17. & 5. 4. ℣. 73. Pers. 1, 2. ℣. 51. & 4. 4. ℣. 98. & 4 5. ℣. 7. Rud. 1. 2. ℣. 50. & 2. 2. ℣. 10. & 2. 3. ℣. 11. & 3. 2. ℣. 40. Truc. 2. 1. ℣. 26. & 2. 3. ℣. 17. & 2. 6. ℣. 12.

Prædicare: pro, narrare. Asin. 1. 3. ℣. 52.

Prædicare; pro *proclamare in auctione.* Germ. Außruffen. Bacch. 4. 7. ℣. 17. Stich. 2. 1. ℣. 41 55.

Prædicas: laudas. Merc. 2. 2. ℣. 17.

Præditi armis. Amph. 1. 1. ℣. 63.

Prædo: tralatè de seruo. Pseud. 3. 2. ℣. 105.

Prædones. Mil. 2. 1. ℣. 40.

Præfectura: translate dicitur pro *statione* & *prouincia.* Casin. 1. 1. ℣. 10. 22.

Præfectura vocabulo abutitur Parasitus. Capt. 4. 3. ℣. 7.

Præfectus: eques-pedes. Mil. 2. 5. ℣. 54.

Præfectus gymnasii. Bacch. 3. 3. ℣. 23.

Præferratus: de seruis. Pers. 1. 1. ℣. 22.

Præfestinare. Rud. 1. 2. ℣. 31.

Præfica. Truc. 2. 6. ℣. 14. De his præficis mulieribus conductis ad lamentandū mortuos suadeo consulas Festum, & inibi Scalig. nec non scriptores de Funeribus Meursium, & Kirchmanum.

Præficere prouinciæ. Pseud. 1. 2. ℣. 25.

Præfiscinè: vel *præfiscini*: vsurpabant veteres in laudando; quia periculum aliquod erat à fascino, quod vtà se amolirentur, ac deprecarentur, hac particula vsi sunt. Græci μετ' εὐφημίας, ἀβασκάντως. Nam τὸ *Præ* negat. Ergò vel se, vel alios laudaturi, ne laus nimia laudatis inuidiam creare posset. PRÆFISCINE, quasi ad arcendum fascinum & inuidiam præfari solebant. Asin. 2. 4. ℣. 84. Cas. 5. 2. ℣. 43. Rud. 2. 5. ℣. 4. Virgil.

Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Tertull. de Virg. vel. *Nam est aliquid etiam apud Ethnicos metuëdum, quod fascinum vocant, infeliciorem laudis, & gloriæ enormioris euentum.* Vsi sunt alii multi authores, vt docet Charisius pag. 189. Edit. Putsch. Titinnius Setina: *Paula mea amabo pol tu ad laudem addito*, præfiscini: *ne puella fascinetur.* Afranius in consobrinis: *Seu habitum ita vt nunc obtinet præfiscine.* Agellius lib. 10. cap. 24. Apul. l. 3. Florid. Macrobius l. 1. Saturn. c. 4. Vide etiam Muretum Var. lect. lib. 9. cap. 3. Ian. Gulielm. Veris. lib. 2. cap. 15. Ad eandem formulam alluſit Symmachus l. 1. ep. 7. *Nullo fascino felicitas publica mordeatur.* Eleganter, *Fascino morderi*: est, inuidia lacerari, &, vt Flaccus ait, *inuideri* ac *fascinari.* Nimiam

enim prosperitatem ab inuidia fascinari, gẽtilis illa credebat superstitio. Propert. lib. 1. Eleg. 12. *Inuidiæ fuimus*: h. e. aliquis nobis inuidit. Sic de Scipione Africano Seneca Consolat. ad Marciam cap. 13. *Precatum enim se, vt si quid ob ingentem victoriam inuidiæ dandum esset, id suo potius, quàm publico damno lucretur.* Cicero lib. 1. Epist. 16. ad Attic. *Missus est sanguis inuidiæ sine dolore.* Liuius lib. 3. cap. 54. *Dandus est inuidiæ sanguis.* Nimirum qui in bona sunt valetudine sanguinem sibi detrahunt ad inualetudinem vitandam: sic quoque ad auertendam inuidiam, aut fascinum, iactura aliqua, aut casus vltrò est subeundus. Alias dicimus: *Absit inuidia dicto.* & apud Gildam, Sap. Quer. 1. 2. *Bona hora exaudiat.* Germ. **Gott laß michs zu einer guten Stunde reden.** Item; **Ohne Ruhm zu melden.**

Præfulcire aliquem negotiis. Pers. 1. 1. ℣. 12.

Præfulciri ministeriis magnis paruisque. Pseud. 3. 1. ℣. 6.

Prægnas; pro, prægnans; Vt, *Infas, animas, damnas*, apud vett. Amph. 2. 2. ℣. 91. Truc. 2. 4. ℣. 35. & 4. 3. ℣. 37. Truc. 1. 2. ℣. 95.

Prægnauitor. Pers. 4. 4. ℣. 39. Alii hic malunt *Prægnariter.*

Prægrecari; Græco more & maioribus poculis potare. Most. 1. 1. ℣. 21

Prægrandis. Pers. 4. 3. ℣. 23.

Prahibere; perhibere, præbere. Men. 5. 2. ℣. 51. Merc. 5. 4. ℣. 63. Pseud. 1. 2. ℣. 49. & 1. 3. ℣. 133. Pers. 4. 3. ℣. 41. Sic ibi Mss. & edd. omnes.

Prahibere verba. Rud. 1. 2. ℣. 50.

Præire. Cist. 4. 2. ℣. 109.

Præire verbis. Rud. 5. 2. ℣. 48.

Præligatum pectus. Bacch. 1. 2. ℣. 28. Est insanum & veneficiis fascinatum, & quasi cõstrictum. *Turn.* l. 2. c. 30.

Prælium: pro prandio, ioculariter & ἀνπγραφικῶς. Men. 1. 3. ℣. 3.

Prælium: de conuiuiis. Pers. 1. 3. ℣. 32. Men. 1. 3. ℣. 3.

Præloqui. Rud. 1. 2. ℣. 31. & 1. 4. ℣. 28.

Præmandare. Truc. 2. 4. ℣. 49. Cicero pro Plancio cap. 12. *idem postea præmandatis requisitus.* Vatin. ad Cicer. lib. 5. Fam. Epist. 9. *Terrâ marique vt conquireretur, præmandaui.*

Præmature; nimis mature. Most. 2. 2. ℣. 68.

Præmercari. Merc. Arg. sec. ℣. 10.

Præmittere nũcium. Truc. 2. 4. ℣. 58.

Præmium & *prædam* Plautus coniungere amat. Men. 1. 2. ℣. 26. & vtrumq; pæne idem est, id videlicet, quod hosti aut viatori miles aut grassator manu eripit.

Virgil. 2. Æneid.

Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat; & longo prædam iubet ordine duci.

Tibull. li. 1. & 2. *Nec sinit occurrat quisquã, qui corpora ferro vulneret, aut rapta præmia veste petat.* P. Arbiter; *Quid aquis dici formosius potest? in publico tamẽ manãt. Solus ergo amor furtũ potius, quã præmium erit?* Inde Præmiatores qui de nocte præmia extexunt. Glossæ; *Præmium*, γέρας.

Præmonstrare. Epid. 2. 3. ℣. 12. Merc. 3. 3. ℣. 16. Pers. 1. 3. ℣. 68. Trin. 2. 2. ℣. 61. & 4. 2. ℣. 12. 24.

Πραινεστη; oppidum Cãpaniæ. Capt. 4. 2. ℣. 102.

Præ-

Praneſtini. Truc.3.2.℣.23.

Praneſtinorum barbaries. Trin.2.4 ℣.8.Scal.lib.7. cap.6.poet.

prænoſcere; aliquid ante noſſe & animaduertere. Aſin.1.1.℣.46.

præoptare; malle. Capt.3.5.℣.30. Trin.3.2.℣.22.

Prepedimentum fallaciæ. Pœn.3.2. ℣.29.

Prepedire: impedire. Caſ.3.5.℣.25, 59. *Timor prepedit dicta linguæ.* Cicero: *Prepeditus morbo.* Terent. Heaut. *Gaudio ſumus prepediti nimio.*

Prepeditus. Pœn.4.2.℣.6. *prepeditus latera forti ferro mea.*

Prepoſiui: præpoſui. Vide etiam *Poſiui.* Rud.4.2.℣.11.

Prepotentes. Pœn.5.4.℣.9.b.e. formoſiſſimi. Vide Paſſerat. ad lib.2. Propert. Eleg.5. pag.267.

Præquam: comparandi particula: vt, *Praut præquod.* Amph.2.2.℣.3. Moſt.4.2.℣.66.&5.2.℣.25. Aul. 3.5.℣.33.Merc. Prol.℣.23. Gellius lib.16.c.1. *Laxioribus paullò, longioribuſq; verbis comprehenſa eſt, præquã illud Græcũ quod diximus.*

Præquod: comparatiua particula. Stich.2.3.℣.37. Vide, *Praut.*

Præripere: occupare. Men.5.9.℣.21.

Prærodere digitos. Pſeud.3.2.℣.94. Sic ſuauitatem ciborum cõmendare ſolebant: vt Græci κατεσθιειν τὸς δακτύλους. Vide P. Vict. l.3.c. 24. Lipſ. Ant.l.4.c.10.

Præs; eſt vades, ſponſor. Perſ.2.4.℣. 17. Men.4.2.℣.8. Videndus de hoc verbo Palmerius in Spicilegiis, & Scaliger ad Auſonium & Feſtum.

Præſagire: eſt, *prædiuinare*, præſipere. Feſtus. *Præſagibat*; ἐμαινετο. Aul.2.2.℣.1. Cicero lib.1. de diuinat. *Sagire, ſentire acute eſt: ex quo ſaga anus, quia multa ſcire volunt; & ſagaces dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire, h.e. futura ante ſentire.*

Præſegmina unguiũ; ἀπονυχίσματα. Aul.2.4.℣.39. Horat. ad Piſones: *Præfectum decies non caſtigauit ad unguem.*

Præſepes, & Præſepia. Non ſolum vbi pecora pabulabantur, ſed & omnia loca clauſa & tuta ſic dicta. Rud.4.3.℣.99. de ædibus dicitur.

Præſepis: φάτνη. de paraſitorum & ſcurrarum latibulo. Curc.2.1.℣. 13. Sic Ælianus: καὶ ὁ μὲν δὴ μωμάδης ἥρων (Paraſiti nomen) μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥιπὴν ἀθρώπους, φάτνην αὐτὸς ὁπόσους εἶχεν.

Præſepis: pro poteſtate, μεταφορικῶς. Caſ.Prol.℣.57.

Præſens: quod quaſi ante oculos geritur. Mil.2.4.℣.41. Sic Stich.4.1. ℣.38. *præſens apologus.*

Præſens præſentem videt. Pſeud.4.7. ℣.43.

Præſens præſenti. Moſt.5.1.℣.27.

Præſentaria talenta. Moſt.3.3.℣.10.

Præſentarij nummi numerati. Trin. 4.3.℣.74.

Præſentarium aurum. Pœn. 3. 3. ℣.91.

Præſentarium argentum: quod Græca mercede perſoluitur, vt alibi loquitur. Moſt.2.1 ℣.14.

Præſentarium malum. Pœn.3.5.℣.48

Præſentes: pro *viuis.* Caſ. Prol.℣.20.

Præſentire. Pſeud.1.4.℣.15.&1.5.℣. 11. Trin.1.2.℣.135.

Præſẽti pecunia emere. Men.5.9.℣.97

Præſes, pro, *præſens*; vt *prægnas*, pro, *prægnans.* Amph. 3.3. ℣. 23. Sic enim leg. ex vetere Cod. membran. Palat.

Præ-

Præses ex præsidio. Rud. 4. 4. ℣. 7.

Præsidem locum præbere. Cas. 5. 1. ℣. 12.

Præsidere: custodiam notat, & quasi custodiæ præfecturam & præsidatum. Most. 5. 1. ℣. 47. *Hic ego tibi præsidebo, ne interbitat quæstio.* Truc. 4. 2. ℣. 5. Curtius lib. 4. *Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, superuenisset, ingens clades accipi potuit.* Idem lib. 3. *Naues, quæ Hellespontо præsiderent.*

Præsidium: auxilium. Cist. 4. 2. ℣. 2. Rud. 3. 3. ℣. 31.

Præsidium: pro viatico. Pœn. 3. 3. ℣. 56. Pers. 1. 3. ℣. 45.

Præsidium præstare. Rud. 3. 3. ℣. 21.

Præsilire. Stich. 3. 2. ℣. 13.

Præsterga: antiquè, pro, *prætersa*; à, *prætergeo.* Pseud. 1. 2. ℣. 31. Vide Auson. Popm. de vsu ling. antiq. lib. 1. cap. 4. Et Animaduersiones ad locum Pseud.

Præsternere folia. Pœn. 2. 1. ℣. 31.

Præstigiator: à præstringendo; quia præstringunt oculos suis præstigiis. Aul. 4. 4. ℣. 3. Pœn. 5. 3. ℣. 6. Truc. 1. 2. ℣. 31.

Præstigiatrix mulier: h. e. venefica, præstigias faciens. Amph. 2. 2. ℣. 150.

Præstigiæ: pro *subdolis fallaciis.* Capt. 3. 3 ℣. 9.

Præstinare, δεχαϊκῶς: pro, edere. Most. 3. 1. ℣. 108.

Præstinare; pro, emere, & emendo tenere. Capt. 4. 2. ℣. 68. Most. 4. 2. ℣. 58. Epid. Arg. ℣. 4. & 2. 2. ℣. 93. Pseud. 1. 2. ℣. 36.

Præstituere diem. Pseud. 1. 1. ℣. 57. Est verbum iuris antiqui.

Præstituta dies. Pseud. 2. 2. ℣. 29.

Præstò esse; in promtu, in mundo. Epid. 5. 1. ℣. 46. Men. 5. 6. ℣. 21. Trin. 4. 1. ℣. 18.

Præsto facere. Merc. 2. 2. ℣. 7.

Præstolari aliquem. Cas. 3. 3. ℣. 15. Epid. 2. 2. ℣. 33. 37. Most. 5. 1. ℣. 18. Pœn. 5. 3. ℣. 50. Truc. 2. 3. ℣. 15. Ter. Eun. 5. 5. ℣. 5. *Quem præstolare? Parmeno.* Donatus; Nouè, *quem*, dixit, non, *cui.* Cicero Catilin. *Qui tibi ad forum præstolarentur.* Notauit idem Eographius, vetus interpres Terentii. *Præstolor*, est præstò sum, appareo, *id est*, obsequor.

Præstringo. Mil. 1. 1. ℣. 4. Merc. 5. 3. ℣. 7. *Oculorum aciem præstringere;* hoc est, obnubere, ἀμαυροῦν. Truc. 2. 6. ℣. 11. *præstringere aciem gladiorum.* Sic scribitur quoque in Mss. Pall. Cicer. Cat. cap. 12. Vim Phrasεως Plautinæ eleganter expressit Seneca Thyest. act. 3. ℣. 413. —*clarus hic regni nitor Fulgore non est, quod oculos falso auferat.* Et Laberius apud Agell. lib. 10. cap. 17.

Democritus Abderites Physicus Philosophus,
Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,
Oculos effodere vt posset splendore æreo.
Ita radiis solis aciem effodit luminis.

Cicero etiam sic loquitur Catone; *Voluptas mentis, vt ita dicam, præstrinxit oculos.* Varro: *Nec mirum si cæcutus. aurum enim non minus præstringit oculos quàm ὁ πολὺς ἄκρατος.* Addam propter Etymologos illud Nonii Marcelli; *Strictura dicuntur propriè scintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt; quod aut stricte emittantur, aut oculos suo fulgore præstringant.* Vide etiam Lexicon Lucret. Dan. Parei.

Prater;

Prater; eleganti vsu, pro, *plus*, aut, *aliter*. *Prater sapere quàm*. Perſ. 3. 1. ℣. 38.

Prater: pro, ante. Pœn. Prol. ℣. 19. *Prater os obambulare*. Stich. 3. 2. ℣. 7. *Prater pedes*. Cic. 3. Verr. *Prater oculos Lollij hæc omnia ferebant*.

Prater: pro, contra. Bacch. 3. 3. ℣. 14. *Prater æquum*, hoc eſt, contra iuſtitiam. Epid. 1. 2. ℣. 3. *Prater ætatem*. Merc. Sc. Syra non. ℣. 20. *Omnia mihi eueniunt prater ſententiam*. Sic Merc. 2. 3. ℣. 104. *Vt ne litiges aduerſus animi ſententiam*.

Prater: pro, præ, potius. Pſeud. 3. 2. ℣. 12.

Prater: exceptionem notat. Ciſt. 1. 2. ℣. 27.

Prætereo, pro, præeo. Rud. 1. 2. ℣. 25. Sic *prælabitur*, pro *præterlabitur* dixit Symm. lib. 1. Epiſt. 8. Petronius alicubi, & Columella: nec non Horatius. Conſule Rittersh. ad Guntherum pag. 105.

Præterhac: poſthac. Men. 1. 2. ℣. 3. & 5. 1. ℣. 25. Rud. 4. 4. ℣. 73. Moſt. 1. 1. ℣. 72. Stich. 2. 3. ℣. 20.

Præterquam: eleganti vſu: *ſupra quàm, &c.* Merc. Prol. ℣. 95. *Lucrum ingens facto præterquam mihi pater meus dedit æſtimatas merces*.

Prater alia; magis, quã alia. Amph. 2. 2. ℣. 140.

Prater alios: μάλιστα τῶν ἄλλων. Aſin. 5. 2 ℣. 6. Cic. Catone Mai. *Qui & diutiſſime ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præter cæteros floruiſſet*.

Præterbitere: præterire. παραίτως. Pœn. 5. 3. ℣. 40. Epid. 3. 4. ℣. 1. Vide *Bitere*.

Præterducere pompam. Mil. 1. 1. ℣. 67.

Præterere. Men. 1. 1. ℣. 9.

Prater ſe. pro, *excepto ſe*. Epid. 5. 1. ℣. 4.

Prater ſpeciem ſtulteſcere. Moſt. 4. 2. ℣. 49.

Prætextatus: pro *obſcœno*, veteres poſuerunt. Capt. Prol. ℣. 55. Agell. lib. 9. cap. 10. *Non prætextatis, ſed puris honeſtiſque verbis venerandum illud concubij pudici ſecretum quemquam aliũ dixiſſe*. Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 1. *Hæc nobis ſit litterata latitia, & docta cauillatio, vice in Planipedis, & Sabulonis impudica ac prætextata verba iacentis*. Ex Feſti tamen Fragmentis colligitur, interdum pro *pudico* vſurpaſſe: quia *prætextatis obſcœna verba loqui nefas erat*.

Prætimere. Amph. Prol. ℣. 29. vbi gloſſa MS. Pal. tertii ſic adnotat: *Pertimere eſt valdè timere; Prætimere eſt ante timere*. Senec. Epiſt. 98. *Nihil eſt me miſerius, nec ſtultius, quàm prætimere*. Vbi ex quinque Mſſ. Pall. hæc dictio adſtruitur; cùm vulgati habeant, *ſemper timere*. Sed locus ipſe euincit alterum. ſequitur enim: *Quæ iſta dementia eſt, malum ſuum antecedere?*

Prator. Truc. 4. 3. ℣. 65. Pœn. 3. 2. ℣. 8.

Prator addicit. Pœn. 1. 1. ℣. 58. Vide *Addicere*.

Prator quere collum. Rud. 3. 2. ℣. 12.

Prætruncare. præcidere. Capt. 4. 3. ℣. 2. Mil. 2. 3. ℣. 47.

Præuelle: prius velle. Mil. 1. 1. ℣. 41.

Præuertit: abſolute. Amph. 5. 1. ℣. 17.

Præuortere aliquid præ aliquo: eſt, anteferre aliquid alicui. Amph. 1. 3. ℣. 30.

Præuortere alicui rei. Comica phraſis. Omnibus rebus relictis id agere, quod oportet. Capt. 2. 3. ℣. 100.

¶.100. Merc. 1.2.¶.3.&2.3.¶.40. 42. Pseud. 1.3.¶.58. Pers. 5.2.¶. 20. Mil. 4.2.¶.101. Cist. 5.2.¶.8. Cæs. lib. 7. Comm. *Cæsar huic rei prævortendum existimavit.* Vide etiam, *Anteuertere, Anteuenire.*

Prævorti aliquid. Potius aliquid agere, quàm. Pseud. 1.3.¶.8. *In rem quod sit, prævortaris.* &2.2.¶.8. Capt. 5.4. ¶.29. Cas. 2.8.¶.75. Rud. 3.2.¶.27. Mil. 3.1.¶.169.

Prævorti aliqua re: superari. Merc. 1. 2.¶.3.

Prævorti litibus : potius lites sequi. Pers. 5.2.¶.20.

Prævortier; Actiuè. Amph. 3.2.¶.40 & Sc. *DI vostr.* ¶.24. sæpè alias.

Præut; comparandi particula elegans: vt. *præquã, præquod.* Amph. 1.1. ¶.117. Merc. 2.4. ¶.1.21. Bacch. 4.9.¶.5. Men. 2.3.¶.25.& 5.5.¶.33. Mil. 1.1.¶.20. Ter. Eun. 2.3.¶.8. *Hic vero est qui si amare occeperit, ludum iocumque dicit fuisse illum alterum præut huius rabies.* Vide Stewechii particulas LL.

Prandeo, prandi. Men 2.3.¶.50.

Prandete perbene. Men. 5.9.¶.81.

Prandere cum aceto. Rud. 4.2.¶.32.

Prandio : in prandium ; de bubus. Truc. 3.1.¶.2. *Vt bubus glandem prandio depromerem.*

Prandio funus facere ; consumere. Men. 3.2.¶.27.

Prandium anteponere pransoribus. Stich. 2.2.¶.2.

Prandium apparare. Men. 4.2.¶.33. &5.9.¶.77.

Prandium coctum. Rud. 2.3.¶.12. Stich. 2.1.¶.70.

Prandium coquere. Bacch. 4.4.¶.65.

Prandium comedere. Men. 4.2.¶.64.

Prandium conficere. Men. 3.2.¶.4.

Prandium parare. Stich. 2.1.¶.49.

Prandium perdere: [illegible] Men. 3.1.¶.12.

Pransitare: est, cupere prãdere. Asin. 1.1.¶.18. Sic verba in TO, SO; quæ vulgo *Frequentatiua* nominantur, voluntatem notare solent. Vide litt. V. *Verba* in TO.

Pransores. Men. 2.2.¶.2.

Pransus potus. De eo, qui est homo dissolutus & temere negligenterq; res suas agit. Men. 3.2.¶.11. Contrarium dixit Varro: *pransus paratus*, de eo, cui in omnem fortunam res sua constat. Sic Cicero pro Milone explicat Plautinam formulam : *Adde insciti am pransi potioscitantis ducis.* Et Martial. lib. 4. 90. *Prandeo, poto, cano, ludo.*

Prata condita vocat coquus varias herbas decoctas. Pseud. 3.2.¶.22.

Precari; pro, *imprecari.* Asin. 2.4.

Precario. Truc. 4.1.¶.12. (¶.71.

Precator: deprecator, intercessor. Asin. 2.4.¶.9. Pseud. 2.2.v.12. *Precator & patronus.* Epid. 5.2.¶.21.

per *Precem* oro. Capt. 2.1.¶.47.

Preces expetessere. Vide litt. E.

Prehendere: pro, apprehẽdere. Rud. 5.2.¶.4.

Prehendere cum genitiuo. Bacch. 4. 4.¶.45.& 4.9.¶.26. *Prehendere mendacij.* Apul. lib. 9. *Acponè cũ Myrmex vinculis obrutus, nõ quidem coram noxa deprehensus, conscientia tamẽ pessima permistus lacrumis vberibus ac postremis lamentationibus inefficacẽ cõmouet miserationẽ.* Agellius lib. 11. c. 18. *Seruos itẽ furti manifesti prensos, verberibus affici, & è saxo precipitari, sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt.*

Prehendere bilinguij : de osculis amantium. Pseud. 5.1.¶.15. Asin. 3.3.¶.78.

3.3.ϒ.78. pœn. 1. 2. ϒ. 63.

Prehendi in ius. pœn. 5. 4. ϒ. 60.

Prehensus; pro, deprehensus. Asin. 3. 2. ϒ. 17.

Prendere auriculis; pro, basiare. Erat enim osculi genus: quo solebant pueri parentes, aut alios, velamantes inter se, alterius auribus apprehensis osculari. Asin. 3. 3. ϒ. 77. Pœn. 1. 2. ϒ. 163.

Premere pessum. Cist. 2. 1. ϒ. 12. Most. 5. 2. ϒ. 49.

Pressare. Pers. 2. 5. ϒ. 12.

Pressatus, pro *pressans.* Asin. 3. 2. ϒ. 71. Vide Passerat. ad Propert. lib. 3. Eleg. 17.

Pretia maxima. Pœn. 4. 2. ϒ. 20.

Pretij quantiuis. Epid. 3. 3. ϒ. 29.

Pretij parui esse. Trin. 2. 1. ϒ. 25.

Pretio suo aliquid *emere.* Germ. Was es werth iſt. Pers. 4. 4. ϒ. 30.

Pretium: præmium. Pœn. 1. 2. ϒ. 118. 119.

Pretium: pro malo, seu pœna. Rud. 3. 4. ϒ. 5. *Iniqua hæc patior cum pretio tuo.* Cas. 2. 8. ϒ. 55. *Malo hercle vestro tam versuti viuitis.* Horat. lib. 3. Od. 24. *Et peccare nefas, aut pretium est mori.* Alibi vice versâ *Pœna* pro *præmio* ponitur. Propert. lib. 3. *At postquam sera captiua est reddita pœna.* &c. Catullus: *magno pretio atque malo mihi cognitus es.* Idem: *quandoquidem meos amores cum longa voluisti amare pœna.*

Pretium pretiosum. Epid. 1. 2. ϒ. 17.

Prima: priores. Pœn. 1. 2 ϒ. 106.

Primaria conditio. Stich. 1. 2. ϒ. 81.

Primarius vir; de accusatore, qui primas agēdi partes tenet. Rud. 4. 4. ϒ. 29.

Primatim: primum. Cas. Prol. ϒ. 17.

Primita: primaria; vel, est nomen proprium ancillæ. Mil. 3. 1. ϒ. 198.

Primodum: pro, *primò*; vt, *eho, ehodum.* Capt. 1. 2. ϒ. 51.

Primoribus digitulis aliquid sumere, h. e. leuiter attingere. Bacch. 4. 4. ϒ. 24. Pœn. 3. 1. ϒ. 63. Trin. 4. 2. ϒ. 65 *primoribus labris.* Significat enim fere principium & acumē alicuius rei. Lucret. l. 6. ϒ. 1206. ——*nasi primoris acumen.* Et ϒ. 1019. ----*primoribus ex elementis.* Agell. lib. 10. cap. 1. *primoribus litteris.* & c. 19. in *primori pueritia.* Symmachus, *Primore congressu* dixit, &c. Vide Coluium ad Apuleium.

Primorum principes viri. Amph. 1. 1. ϒ. 49. *Delecti populi proceres* vocat Virg. l. 3. Æneid.

Primulo diluculo. Amph. 2. 2. ϒ. 105.

Primulum. Men. 5. 5. ϒ. 18. & 5. 9. ϒ. 57.

Primùm: pro, non ita pridem. Most. Arg. ϒ. 5.

Primum dum eleganti particula dicitur, vt τὸ *dum* quasi πυξίλαβον videatur. Bacch. 2. 3. ϒ. 25. Most. 1. 2. ϒ. 39. & 2. 1. ϒ. 53. Mil. 2. 3. ϒ. 26. Rud. Prol. ϒ. 32. Trin. 1. 2. ϒ. 61. Truc. 1. 1. ϒ. 10.

Primum omnium: præcipuum. Ger. Vor allen Dingen. in narrationibus. Amph. 5. 1. ϒ. 36. & 5. 2. ϒ. 5. Most. 5. 2. ϒ. 32. & 2. 1. ϒ. 50. Stich. 5. 4. ϒ. 46. Trin. 2. 4. ϒ. 122. Truc. 4. 3 ϒ. 13. Amph. 2. 1. ϒ. 62. Asin. 3. 3. ϒ. 60. Pseud. 4. 3. ϒ. 9. Agellius l. 9. c. 9.

l.9. c. 9. Quibus omnibus locis *τὸ omnium* vacat.

Priſtini mores. Truc. Prol. ℣.7.

Prius: ante. Temporis eſt. *Prius illic erimus, quàm tu.* Pſeud.2.4.℣.68. Men.4.3.℣.7. Men.5.2.℣.120. *Paulò prius.*

Prius: pro, *citius.* Amph.1.3.℣.47. *Prius tuâ opinione hîc adero.*

Prius; igitur deinde. Stich.1.2.℣.29.

Prius, priuſquam. Ciſt.2.3.℣.73.

Priuſquam galli cantent. Mil.3.1. ℣.96. Vide in Mantiſſa PROVERBIA.

Priuſquam; illico. Rud.4.4.℣.87.

Priuare bonis, luce, honore, amicis. Truc.2.7.℣.20.

Priuari donis. Truc.2.7.℣.56.

Priuatus: ἰδιώτης, opponitur *Imperatori.* Capt.1.2.℣.57.

Priuum: eſt, proprium, ſolum. Moſt. 3.1.℣.60.95.&3.2.℣.62. Pſeud. 3.2.℣.76. *Priuos cuſtodes dabo.* Vide Agell. l.10. cap.20. itemque Nonium & Feſtum: nec non Lexic. Lucret. Dan. Parei.

Prior: prius. Pſeud.4.1.℣.5. *Volo tu prior vt occupes.*

Pro: eleganter vſurpatur, pro, *vt.* Men.2.2.℣.24. *Pro ſano loqueris.* Cæſar. *Nihil cum ſe abſente pro ſano facturum ratus.* Apul. Met. 5.pag.163. *placet pro bono.* Tacitus: *pugna nobis pro meliore fuit.*

Pro; eleganti vſu; pro, *quantum.* Amph.1.1.℣.132. Rud.4.4.℣.71. Merc.3.1.℣.8. *pro copiâ & ſapientiâ.* Comica formula elegans. Vulgo: *quantum potero.*

Pro aliquo ſe ducere. Stich.4.1.℣.64. & Capt.3.2.℣.76. *Pro adoleſcentulo ſe ducit.*

Pro me: meam vicem. Ciſt.2.1.℣.30. Moſt.5.2.℣.10.

Pro: valet, *tanquam.* Moſt.1.2.℣.61. *Pro imbre amor aduenit.* h.e. tanquam imber. Pœn.3.1.℣.25. Rud. 2.1℣.7. *pro exercitu.* Truc.1.2.℣. 72. Sic Apuleius: *Nec pro amico nec pro Philoſopho facere.* h.e. vt amicum, vt Philoſophum decet: *Pro* valet *loco alicuius. Educare pro filiâ.* h.e. filiæ loco. Ciſt.1.1. ℣.24. Pœn.5.5.℣.4. Trin.4.3.℣. 28.44. Truc.2.4.℣.60. & 2.6.℣. 14. & 2.7.℣.5. Curc.4.4.℣.31. *Vel quingentos curculiones pro vno faxo reperias.*

Pro ſummo facere aliquid, bibere. Stich.5.4.℣.38.

Pro ſpiſſo: tardè. Pœn.3.5.℣.47.

Pro teſtimonio dicere. Pœn.3.2.℣.19.

Proba mulier; eſt, caſta. Amph. 1.2. ℣.46.

Probare; eſt, probe factum eſſe, dicere. Moſt.1.2.℣.20.

Probare ſe: h.e. laudare; commendare. Amph.2.2.℣.208.

Probare; æſtimare, pendere. Trin.4. 3℣.42. Perſ.2.2.℣.30. Ouid. *Vulgus amicitias vtilitate probat.*

Probè. Aduerbium hoc mire à Comicis vſurpari ſolet, ferè pro, plane, omnino, ſine dubio. Moſt.1.1. ℣.4. & 1.4.℣.29. Curc.3.℣.16. Caſ.1.1.℣.36. & 2.1.℣.10. Bacch. 3.3.℣.94. & 4.4.℣.50. *probè emũgere.* & 4.5.℣.6. & 4.6.℣.10. Moſt. 1.2.℣.19. & 5.1.℣.19. & 5.2.℣.57. Pſeud.2.2.℣.9. Pœn.1.1.℣.73.

probè. Concedentis, & applaudentis. Moſt.1.4.℣.29.

probè. Laudandi, approbandi particula. *Vt bene, rectè, probe.* Epid.1.1. ℣.17.

probè; pro, *valdè.* Amph.3.3.℣.21. & 3.4.℣.14. Epid.1.1.℣.70. Moſt.2. 2.℣.42. Mil.3.1.℣.14.

probè; etiam infauſtis verbis additur. *Pereo probè.* Capt.3.4.℣.102.

probè

Probè lepidéque. Men. 3.2.ϒ.2.

Probè tectus: pro, tutus bene. Most. 4.1.ϒ.15.

Probior. Most. 2.1.ϒ.60. Trin. 2.2. ϒ.32.

Probra, scorta. Truc. 4.2.ϒ.50.

Probri pudet. Truc. 2.2.ϒ.25.

Probrum: de stupro & illicitis amoribus. Amph. 1.2.ϒ.15. & 3.1.ϒ.9. & 3.2.ϒ.1.6. Aul. 1.1.ϒ.27. Bacch. 4.9.ϒ.50. & 5 2.ϒ.47. Mil. 2.5. ϒ.13. & 2.6.ϒ.29. Pœn. 5.4.ϒ. 69. Festus; *Probrum, stuprum. flagitium.* Cæcil. in Davo: *Ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum.* Attius; *qui, nisi probrũ, omnia alia in delicta æstimant.* Sueton. in Claud. Cæs. cap. 16. *recognitione*, &c. Apud Liuium: *Matrona probri accusata.* Vnde lex illa Romanorum: *Vt probrum Virginis Vestalis capite puniretur.* Vide Langlæum Otii semestr. pag. 723.

Probrum expergefacere: excitare rẽ turpem. Curc. 1.3.ϒ.42.

Probrum exequi: de scortatione. Truc. 2.5.ϒ.8.

Probus; verus. Ei opponitur *Nihili.* Pers. 1.3.ϒ.40.43. Rud. 1.2. ϒ.24.

Probus: pro *commodo*, & opportuno, vtili. Most. 2.1. ϒ.60. Mil. 3.1.ϒ. 140. Pœn. 3.3.ϒ.67. Cas. 5.4. ϒ.2.

Probus victus: est, lautus victus. *Probè viuere.* Most. 3.2.ϒ.42.48.

Probus; apertus, sincerus. Epid. 1.2. ϒ.8.

Procari; est poscere. Vnde & *proci* & *procaces* meretrices. Festus Pomp. Truc. 1.2.ϒ.51.

Procedere; de negotiis. Stich. 3.2.ϒ. 39. Rud. 1.2.ϒ.2. Pers. 1.3. ϒ.34. Pœn. 4.1.ϒ.1.4. Amph. 1.2.ϒ.1.

Procedere: prodire. Asin. prol. ϒ.6. Pœn. 3.3.ϒ.36. Pseud. 2.2.ϒ.12.

Procedere; euenire. *Omnia prosperè processerunt.* Most. 3.2.ϒ.47. & 4. 3.ϒ.7. *Nunquid tibi noui processit?* Cicero: *Omnia, vt spero, prosperè procedent.* Terent. Andr. 4.1. ϒ.47. *Quia primò processit parum.*

Procedere. Capt. 5.2.ϒ.1.

Procedunt technæ. Pœn. 4.1.ϒ.1.

Proceres; principes. Bacch. 4.9.ϒ. 130.

Procellæ infensæ. Trin. 4.1.ϒ.17.

Proci amorum εἰρωνικῶς dicuntur proceres. Pœn. 3.1.ϒ.7.

in *Procliui est*; facile est. Capt. 2.2. ϒ.86. Sallust. Orat. II. ad C. Cæsarem; *Alia omnia in procliui erunt.*

Procliuum; est inclinatum vt fiat, nondum tamen certum. Ei opponitur *planum*, quod iam est exploratum. Asin. 3.3.ϒ.74. Mil. 4.2.ϒ.27. Rud. 4.4.ϒ.88. *Ex procliui planum facere.*

Procudere dolum. Cas. 3.5. ϒ.47. Pseud. 2.2.ϒ.20.

Procul; de loco. *Cuia vox sonat procul?* de longinquo. Curc. 1.2. ϒ.18.

Procul astare. Most. 3.1.ϒ.132. Vide *Abstare*, & *Intus.*

Procul prohibere. Amph. Sc. *Tun' me.* ϒ.8.

Procurare. Germ. **Versorgen.** Pœn. prol. ϒ.29. Truc. 4.4.ϒ.25.

Procurare aliquem. Pœn. 3.4.ϒ.5.

Procurare sepropuerperâ. Truc. 2.4. ϒ.60.

procurator peni. Pseud. 2.2.ϒ.14.

Prodi; dicuntur, qui plusculè aut bibunt, aut comedunt. Rud. 2.7. ϒ.30.

prodigere; est, profundere liberius. Aul. 2.8.ϒ.10.

Prodigialis Iupiter: qui prodigia auertit. Amph. 2. 2. ℣. 107.

Prodigium: à prodicendo, h. e. prædicendo. Vide Festum. Bacch. 5. 2. ℣. 22.

Prodigus peculij sui: de tergo seruorum dicitur. Most. 4. 1. ℣. 20.

Prodire: est, detegere, & aperire animum suum. Cist. 4. 2. ℣. 75.

Prodire ad forum. Men. 1. 3. ℣. 30.

Producere: est, *educare*. Asin. 3. 1. ℣. 40.

Producere: gignere. Bacch. 3. 3. ℣. 51. Terent. Adelph. 3. 2. ℣. 6. *Qui illud produxit scelus?*

Producere exercitum. Amph. 1. 1. ℣. 62. Cicero lib. 10. Epist. ad Plautum. *Antonius suas copias in aciē de vico produxit*.

Producere vitam ad miseriam. Trin. 2. 2. ℣. 59.

Profectò: cum profectu, & sine frustratione. *Face re gratiam profectò*. Curc. 3. ℣. 33. 56. & 4. 2. ℣. 42. Rud. 1. 2. ℣. 56. Pœn. 2. 1. ℣. 53.

Profectò: elegāti significatione, nec omnibus perspecta, pro eo, quod Græci dicunt δηλονότι, δηλαδή, *quidem certè, haud dubiè, tandem, omninò scilicet, videlicet*; vt habent Glossæ Philoxeni. Curc. 3. 1. ℣. 33. 56. & 4. 2. ℣. 42. 45. & 4. 4. ℣. 14. Amph. 5. 1. ℣. 48. Most. 2. 1. ℣. 69. Pœn. 2. ℣. 53. Cic. Pro L. Quintio. *Si debuisset, Sexte, perisses statim: si non statim, paulò quidem post; si non paulò, at aliquantò. Sex quidem illis mensibus profectò, anno vertente sine controuersia*. Agellius lib. 9. c. 11. *Ea res prorsus admiranda; sic profectò est in libris Annalibus memorata*.

Profectò edepol. Pseud. 5. 1. ℣. 7.

Profectò hercle. Cas. 5. 2. ℣. 29.

Profectus dies. Aul 2. 8. ℣. 11.

Proferre: differre. Capt. 1. 1. ℣. 10.

Proferre cibos. Pseud 3. 2. ℣. 22.

Proficisci; est eundi facere initium, se commouere primùm ad iter. Rud. 3. 6. ℣. 9. *Cùm ad me profectus ires*. Trin. 3. 2. ℣. 2. *Profectus sum ire*. Truc. 1. 2. ℣. 105. Aul. 1. 2. ℣. 40. Merc. 5. 2. ℣. 105. Ter. Eun. 2. 2. ℣. 49.

Proficisci: abire instituere. Truc. 4. 4. ℣. 6.

Proficisci pro, *ire*. Amph. 1. 1. ℣. 153. 190. Rud. 3. 6. ℣. 9. Sallust. *Quò profectus intenderat*.

Proficisci: cum supino. *Proficiscar quæsitum*. Merc. 5. 2. ℣. 98.

Proficiscor. Mil. 4. 1. ℣. 19.

Profiteri aliquid suæ voluntate. Men. 1. ℣. 79.

Profligare inimicos Mil. 2. 2. ℣. 75.

Profugere domo. Capt. Prol. ℣. 18.

Profugus. Trin. 3. 2. ℣. 75.

Profusus; effusus. Curc. 1 2 ℣. 8.

Prognariter Pers. 4 4. ℣. 39.

Prognati: posteri, progeniti; ἔκγονοι Amph. 2. 2. ℣. 20.

Progne Rud. 3. 1. ℣. 12.

Progignetur: nascetur. Truc. 4. 1. ℣. 1.

Progignere: dicitur, vt, *procudere*, & *prouiuere*. Pseud. 1. 1. ℣. 77.

Progredi: pro, *egredi*. Men. 1. 1. ℣. 33.

Progredimino; pro, progreditor. Pseud. 3. 2. ℣. 70. Sic *præfamino*, apud Catonem. *Festus*.

Progredi: pro, *egredi*. Men. 1. 1. ℣ 33.

Proh! Exclamantis. *Pro Iuppiter!* Most. 1. 3. ℣. 34. 40. Pœn. 5. 2. ℣. 28. & 5. 3. ℣. 3. Truc. 2. 4. ℣. 80. & 4. 2. ℣. 57.

Prohibere à se vim. Capt. 4. 2. ℣. 24.

Prohibere aliquid. Amph. 4. 3. ℣. 18.

Prohibere aliquem. Amph. 2. 1. ℣. 70. & 3. 2. ℣. 25.

Prohi-

Prohibere aliquem. facere aliquid. Trin.2.2.℣.89.

Prohibere aliquem aliquid. Trin.1.2. ℣.50.

Prohibere aliquem ab aliquo. Epid.2. 2.℣.105.

Prohibere uxore. Mil.3.1.℣.105.

Prohibessis: prohibueris. Amph. Sc. Tun' me. ℣.8. Sic Lucretius II. 445. *cohibessit*; pro, cohibuerit.

Prohibessit: pro *prohibeat.* Pseud.1.1. ℣.12.

Proiecticius infans: qui expositus est. Cist.Arg.℣.8. & 1.3.℣.19. 43. & 2.3.℣.75.

Proin. Illatiua particula. Capt. 4.2. ℣.75. Bacch.4.9.℣ 138. Pseud. 4. 7.℣.100. Asin.3.3.℣ 54. Capt.4. 2.℣.14.

Proinde: similitudinis particula. Amph.2.2.℣.125. & 3.3. ℣.5.19. & 3.3.℣.28. Capt.5.1.℣.13.

Proinde ἀναφορικὸν & vt. Capt.2.2. ℣.57. & 64. Amph.2.1.℣. 8. Cas. 1.1.℣.8. & 2.1. ℣. 11. Stich.5.5. ℣.108. Trin.1.2.℣.27. & 3.2. ℣. 51. Pseud. 2. 3. ℣. 13. *proinde vt, ita.*

Proinde ac. Amph. 2.1.℣.35. Trin.3. 2.℣.33.

Proinde quasi. Amph.2.2.℣. 53.

Proinde diu, quam. Truc.2.3.℣.3.

Prolatæres. Capt.1.1.℣.10. Dicuntur vacatio à muneribus: quæ maximè erat Iudorũ diebus. Cicero pro Murena: *Sapiens existimari nemo potest in eâ prudentiâ, quæ neq; extra Romã vsquã, neq; Romæ rebus prolatis quidquã valet.* Et ad Q. Fratr. lib. 3. Epist. 2. *Res prolatæ ad interregnum, comitia adducta.* Et lib. 7. Epist. 12. *Rerum prolatio.* &c.

Prolationes: dilationes, recrastinationes. Mil. 2.2. ℣. 98.

Prolectare: prolicere, elicere, prouocare, Bacch. 3. 6. ℣.38. *Prolectare probris.*

Proletarius sermo: est plebeius & vilis. Mil. 3.1 ℣.156. *proletarij* erant, qui nihil Reip. exhibebant, sed tantum prolem sufficiebant; & erant tenuissimi in populo Romano; Contra dicebantur *Assidui.* Vide Agellium lib. 16. c. 10.

Prolicere: prouocare. Curc. 1. 2. ℣. 2.

Proloqui: eloqui, loqui. Amph. 2. 2. ℣.3. Capt. Prol. ℣. 6. Cist. 1.3.℣.3. Epid. 3. 4. ℣. 32. Merc. 1. 2. ℣. 43. 96. Pseud. Prol. ℣.8. Trin. 1. 2. ℣.125.

Proloqui aliquid glorioſe. Stich. 2. 2. ℣.4.

Proloqui paucis plura. Men. 2. 1. ℣.27.

Proluere. Curc. 1. 2. ℣.29.

Promere; pro, dicere, eloqui. Asin. 1. 1.℣.11.

Promere de pleno. Asin. 1.3. ℣.29.

Promerere. Trin. 3. 2. ℣.15.

Promereri. Men. 5. 9. ℣.41.

Promereri de aliquo. Capt. 5. 1. ℣.15.

Promerita. Mil. 3.1.℣.75.

Promerita male. Trin. 5. 2. ℣.49.

Promeritũ; meritum. Pers. 4. 3. ℣.24.

Promeritum: passiuè positum, & in malam partem, pro, *cõmeritum.* Amph. 2.1.℣.20. Men. 5. 6. ℣.24. Donatus ad Terent. *Promeruit,* est, adiuuit, profuit: cui contrarium est, *commerui.*

Promiscam: promiscuè. Asin. 2. 2. ℣. 98. Pseud. 4. 5. ℣. 11.

Promiscè. Pers 5. 2. ℣. 61.

Promiscus, a, um. Rud. 4. 4. ℣.138. *Promiscàm & promiscè,* etiam adverbialiter capiuntur.

Promittere: pro, *confirmare.* Mil. 2. 3. ℣. 55.

Promittere; pro, *minari*. Asin. 5. 2. ℣.

Promittere; stipulatò spõdere. Pseud. 4. 7. ℣. 123.

Promittere bene. Epid. 1. 2. ℣. 21. Pœn. 1. 2. ℣. 147.

Promittere cœnam. Most. 5. 2. ℣. 10.

Promittere ad cœnam. Men. 5. 2. ℣. 43. Stich. 3. 2. ℣. 19. 29. & 4. 1. ℣. 9. Stich. 4. 2. ℣. 16. *promittere ad cœnam aliò*.

Promittere capillum, barbam. Rud. 2. 3. ℣. 46.

Promittere firmiter. Pseud. 3. 2. ℣. 111

Promittere foras. Vetus loquendi modus, inquit Victorius lib. 15. cap. 5. Var. L. & præceptis Grammaticis pœnè repugnans. Sed nõ sine causa ita dicitur: tunc enim motus intelligitur; valetq; sermo ille: *promisit me iturũ foras*. Most. 4. 3. ℣. 12.

Promittere multa ex multis. Pœn. 1. 2. ℣. 147.

Promtare; promere. Pseud. 2. 2. ℣. 33 & 5. 1. ℣. 22.

Promtuaria cella. Vide, *Cella promt.*

Promtum; de eo, quod in propatulo est situm. Pseud. 1. 5. ℣. 34.

Promus. Trin. 1. 2. ℣. 45. *Ego sum promus meo pectori*. Mil. 3. 2. ℣. 24. *Bono supremo, & promo cellam creditam*.

Promus condus. Pseud. 2. 2. ℣. 14. Vide Fulgentium de prisco sermone. *Partipromus*. Bacch. 3. 3. ℣. 61.

Promus prodigus. Pœn. 3. 4. ℣. 6.

Propalam. Epid. 1. 1. ℣. 10. Pers. 3. 3. ℣. 41.

Prope hic. Rud. 1. 4. ℣. 10. 11.

Prope est: hoc est, in viciniâ. Aul. 1. 2. ℣. 24.

Prope est, quando. Men. 5. 6. ℣. 25.

Prope abesse; pro, *non longe abesse*. Aul. 2. 3. ℣. 8. Sic Cicero lib. I. Tusculan. *Antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu, hoc melius* &c. Idẽ de Senectute; *Quod mortem melius mihi cernere videat, quod ab eâ propius absum*. Mil. 4. 2. ℣. 4.

Prope abstare, quemadmodum Cicero dicit, *Prope abesse*. Epid. 5. 2. ℣. 9. Cicero: *Antiquitas quò propius aberat ab ortu, & diuinitate, eò melius omnia prouidebat*.

Propemodum. Trin. 3. 3. ℣. 50. Truc. 4. 3. ℣. 2.

Propendere; est, sursum pendere. Germ. Ober sich wiegen. Asin. 2. 2. ℣. 39.

Propensa munera: h. e. multa & ponderosa. Truc. Arg. ℣. 8.

Propensus: grauis, ponderosus. Bacch. 3. 4. ℣. 16. 24.

Propera monstrare. Pseud. 4. 1. ℣. 41.

Properare: actiuè & transitiuè. Aul. 2. 3. ℣. 3. Cas. 2. 8. ℣. 57. & 3. 2. ℣. 1. & 4. 2. ℣. 6. Epid. 2. 2. ℣. 36. & 3. 4. ℣. 81. Men. 4. 2. ℣. 35. 64. & 5. 2. ℣. 2. Pœn. 3. 1. ℣. 2. 41. 43. Vide Palmerii spicilegia de hoc verbo; vt & *Trepidare*.

Properare aliquid *facere*. *Propera ire*. Cist. 5. 2. ℣. 6. Bacch. 4. 9. ℣. 126. Merc. 2. 1. ℣. 19. Men. 1. 3. ℣. 21. Pseud. 3. 2. ℣. 67. & 4. 2. ℣. 36. 40. Rud. 5. 3. ℣. 14. *Propera reddere argentum*.

Properare auferre. Truc. 2. 4. ℣. 13.

Properare dare, vel *facere*. Curc. 4. 3. ℣. 3. 4.

Properare loqui. Cist. 1. 3. ℣. 3.

Properare placidè. Pseud. 4. 1. ℣. 15.

Properare maturatè. Pseud. 4. 7. ℣. 58

Properato est opus. Mil. 3. 1. ℣. 209. Trin. 3. 3. ℣. 78.

Properè. Amph. 1. 1. ℣. 60. Bacch. 3. 1. ℣. 17. & 4. 4. ℣. 76. Men. 5. 5. ℣. 43. Pseud. 2. 4. ℣. 34. Stich. 2. 3. ℣. 5. 9. 13. Trin.

13. Trin. 5. 2. ℣. 50. Truc. 2. 7. ℣. 9. & 3. 1. ℣. 9.

Properè celeriter. Rud. 5. 2. ℣. 33.

Properè citò. Cas. 3. 6. ℣. 17. Curc. 1. 2. ℣. 29.

Properè, subitò, celerè. Curc. 2. 3. ℣. 4.

Properè, strenuè: coniuncta connubio Aduerbia. Aul. 2. 2. ℣. 86.

Properè properare. Aul. 2. 8. ℣. 23. Curc. 5. 3. ℣. 3. 10.

Propere celerare se. Trin. 4. 3. ℣. 1.

Propinare: *adhibere.* Stich. 3. 1. ℣. 24.

Propinare salutem plenis faucibus. Stich. 3. 2. ℣. 16.

Propinare amicitiam. Pseud. 5. 1. ℣. 19.

Propinare cantharum. Stich. 5. 4. ℣. 30.

Propinquè: prope. Truc. 2. 6. ℣. 18.

Prpinquè adesse. Truc. 2. 7. ℣. 21.

Propitia Dea. Pœn. 5. 3. ℣. 15.

Propitia salus. Men. Prol. ℣. 1.

Propitia Venus. Pœn. 1. 2. ℣. 66. & 121.

Propitiam facere Venerem. Pœn. 2. 1. ℣. 7.

Propitiare Venerem. Pœn. 1. 2. ℣. 120. (28.

Propitiare. placare. Pœn. 4. 2. ℣. 26.

Propitiare aliquem. Pœn. 1. 2. ℣. 165.

Propitij Dij. Aul. 5. 1. ℣. 3. Curc. 4. 4. ℣. 1. Pers. 4. 3 ℣. 1. Mil. 3. 1. ℣. 106.

Propitium facere. Pœn. 1. 2. ℣. 164.

Propitius: antepenultima correpta. Merc. 4. 1. ℣. 12. 14.

Propitius Deus. Pers. 4. 4. ℣. 34.

Propitius Iupiter. Amph. 3. 2. ℣. 54.

Propitius volens. Curc. 1. 1. ℣. 89.

Propola: à pro. Latino, & Græco πωλεῖν: vt docet Scaliger ad Culicem Virgil. pag. 42. Dictus, quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat. Aul 3. 5. ℣. 38. Lucillius. *Si vtiquum ficus primus propola recentes Attulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.* Nota primam produci, vt in *prologus*, & *pronus*, quod est Græc. πρόνους ὑπὸ τὸ πρόνειον. Sic Latini Græca vocabula cum Latina præpositione Græciæ abstulerunt, & sua fecerunt. Vicissim Græci fecerunt. Vide Scaligerum dicto loco.

Propriè: eleganti vsu; rectè, integrè. Pœn. 3. 4. ℣. 5.

Proprium: ἴδιον. Trin. 4. 3. ℣. 44.

Proprium: stabile & diuturnum, siue perpetuum. Most. 1. 3. ℣. 68. & 2 3. ℣. 4. Trin. 5. 2. ℣. 6. Lucretius lib. 4. ℣. 1128. Cicero lib. 7. Epist. 30. *Id cuiusque est proprium, quo quisque fruitur & vtitur.* Virgilius lib. 1. Æneid. de vxore perpetua:

---- *propriamque dicabo.* Idem;

---- *propria hæc si dona fuissent.* Idem: *Da propriam Thymbræ domum.*----

Horat. lib. 2. Sat. 6.

--- *propria hæc vt munera faxis.*

Macrob. lib. 1. Somn. cap. 21.

Proprium habere diceretur, si semper tenere liceret.

Ter. Andr. 4. 3. ℣. 1.

Nihilne esse proprium cuiquam? DI vostram fidem!

Propter: causam efficientem notat; pro culpa & opera alicuius. Rud. 1. 2. ℣. 39.

Propter: eleganter vsurpatur, pro, *prope, apud, iuxta.* Amph. 4. 1. ℣. 8. Curc. 4. 1. ℣. 15. Mil. 1. 1. ℣. 9. & 3. 2. ℣. 39. Rud. Prol. ℣. 34.

Terent. Eunuch. 2. 3. ℣. 74.

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Cicero pro Roscio Amer. *Duo filij propter patrem cubantes.* In Pison. *Hic vir est clarissimus, qui*

propter te sedet. L. *Gellius:* Varro attestatus est Fortunam, *propter* cuius *aram* ea hostia erat cæsa.

Propter viam. Sacrificii quoddam genus *propter viam*, in quo si quid ex epulis superfuisset, igni consumi necesse erat: quo alludit noster. Rud. 1. 2. ℣. 62. Vide Macrobium lib. 2. cap. 2. Turneb. 9. 4. & Festum: nec non Muretum ad Tibul. lib. 1. Eleg. 1.

Propudiosa. Truc. 2. 2. ℣. 16.

Propudiosus homo Stich. 2. 3. ℣. 9.

Propudium: dedecus adulterii, vel scortationis. Mil. 2. 4. ℣. 11.

Propudium pro *impudico.* Bacch. 4. 1. ℣. 7.

Propudium: κάθαρμα, de scelerato homine. Curc. 1. 3. ℣. 34. de fœmina. Pœn. 1. 2. ℣. 60.

Prora nauis Merc. 1. 1. ℣. 75.

Proreta: est, qui in prora & ventos aucupatur & captat, & eorum conuersiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes scopulosque, ne nauis eis impingatur, prospicit & explorat Rud. 4. 3. ℣. 75. Vide Turneb. 28. 43.

Prorogare spem. Aul. 3 5. ℣. 58.

Prorogare vitam. Pseud. 3. 2. ℣. 38.

Prorsum rursum: ante retro. Amph. 5. 1. ℣. 60.

Prorsum, pro *rectà*, quasi *prouersum*: in anteriorem partem. Ger. Dorsich. Cist. 4. 2. ℣. 32. Epid. 4. 2. ℣. 12 Pers. 4. 5. ℣. 5. vbi tamen Mss. legunt *prosum.* Sic *prosa oratio* dicitur recta, non inuersa, quæ metri lege soluta est. *Prorsum* enim antiqui productum dicebant & rectum. Vnde Varro ait, apud Plautum *prosis lectis* significari rectos. Alii *Prosam orationem* aiunt dictam ab eo, quod sit profusa, vel ab eo, quod spatiosius proruat, & excurrat, nullo sibi termino præfinito. Sic apud Agellium lib. 10. cap. 4. & lib. 19. cap. 7. leg. *exprosa orationis vsu*, vbi vulgo, *explosa*; male. Affranius Emancipato: *Vetuit ne sine mercede prosum paucis remeare includam.*

Prorsus nullo modo. Trin. 3. 3. ℣. 1.

Prorsus: ἀπαξαπλῶς vt, *Transuersus*, πλαγίως. Varro lib. 6. L. L. *prouersus.* Pseud. 4. 1. ℣. 45.

Prosapia. stirps generis. Curc. 3 ℣. 23. Merc. 3. 4. ℣. 49.

Proscenium: locus ante scenã. Amph. Prol. ℣. 91. Pœn. Prol. ℣. 17. Truc. Prol. ℣. 10.

Proscindere terram: arare. Trin. 2. 4. ℣. 122.

Prose, h. e. libere. Amph. 2. 2. ℣. 207. *Prosè & proteruè.*

Prosedæ. Meretrices à prosedendo in meritoriis, vel fornicibus. Pœn. 1. 2. ℣. 55.

Prosentire: pro, *præsentire.* Mil. 4. 4. ℣. 16. Sic Amph. 5. 1. ℣. 19. *prouidere.* & *prodicere.* vnde *prodigia*, quasi *prodicia* apud Festum Pompeium.

Prosequi; de honore & officiis vsurpatur. Cas. 4. 2 ℣. 4. Liuius lib. 2. *decedentem domum cum fauore ac laudibus prosequuti* Ita & *cadauer prosequi.* Callistr. l. 3. de in ius vocando. Vide Coluium ad Sidonium lib. 4. Epist. 8.

Prosequi aliquem foras. Rud. 4. 4. v. 6

Prose quisque. Amph. 1. 1. ℣. 76. Pœn. Prol. ℣. 45. valet, studiose, summa ope, omnique conatu. Virgil. Æn. 12 ℣. 552. *Prose quisque viri summa nituntur opum vi.* h. e. quantum quisque poterat.

Terent.

Terent. Heaut.1.1. ϒ.74. *pro se quisque sedulò faciebat.* Accius Meleagro apud Nonii in Herba: *Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent: pro se quisque cum corona clarum constitit caput.* Cicero lib. 1. de Orat. cap. 18. *Pro se quisque quantum quisque poterat de officio & ratione Oratoris disputabat.* Idem lib. 4. in Verr. cap. 62. *Tum pro se quisque quantum dicendo assequi poterat, docere me cœpit.* Vide Animaduersiones nostras ad locum Amphitr.

Proserpens bestia; est serpens. Asin. 3.3 ϒ.105. Stich. 5.4. ϒ.42. De homine garrulo & astuto. Pers. 2.4. ϒ.28. Pœn. 5.2. ϒ.74. Asin. 3. 3. ϒ.105.

Proserere linguam. Asin. 4.1. ϒ.50. Vsus etiam Liuius, *Exserere linguam.*

Proseruire. Amph. Prol. ϒ.126.

Prosicari: dicebãtur exta cocta. Vide & *prosecta.* Pœn. 2. 1. ϒ.9. De iis partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusque dabant, partem sibi apponebãt. Turn. lib. 15. cap. 7. Vide etiam Nonium & Festum.

Prospectare. Most. 3.2. ϒ.152. Mil. 3. 1. ϒ.2.

Prospectus sterilis: ab hominibus vacuus. Mil. 3.1. ϒ.14.

Prosperare. actiuè. Amph. Prolog. ϒ.13. Casin. 5.4. ϒ.26. Pers. 2. 3 ϒ.11.

Prosperare alicui: ex animi sententia largiri. Cas. 5.4. ϒ.26. Pers. 2.3. ϒ.11.

Prospicio: pro, *cernere, videre.* Curc. 2.3. ϒ.38.

Prospicere sibi: consulere sibi. Merc. Arg. sec. ϒ.7.

Prospicere alicui. Trin. 1.2. ϒ.62.

Prosternere aliquem iunctis quadrigis. Men. 5.5. ϒ.36.

Prostibile: vile & prostibulis conueniens. Stich 5.5. ϒ.24. *prostibulum* dicitur meretrix, qui & dies & noctes corpus suum prostituit.

Prostibilis: meretrix vulgatissima. Pers. 5.2. ϒ.56. vt, *restibilis.*

Prostibulum: dicitur meretrix, quæ ante stabulum stat, quæstus diurni & nocturni causa. *Nonius.* Aul. 2.4. ϒ.6. Hinc Hebræis קדשה *scortum* dicitur, quasi paratum & expositum cuiuis. à קדש præparauit, expediuit. Gen. 38. Ezech. 16 23.

Prostituere; est, παραδειγματίζειν. Pseud. 1. 3. ϒ.2.

Prostituere ad dedecus. Pseud. 1.2. ϒ.45.

Prosumere: est, porrò vel prorsùm, siue prosùm sumere; h.e. vti, frui, vel absumere, & consumere. Mil. 5. 1. ϒ.23. Pseud. 4. 8. ϒ. 9. Trin. 5.2. ϒ.6.

Protelare: est abigere, & longè propellere. Mercat. Argum. sec. ϒ.12 Ab assiduo telorum iactu, vt explicat Donatus ad illud Terent. Phorm. 1.4. ϒ.36. *Ne te iratus suis dictis protelet.* Alii tamen explicant *Irritare & perturbare.*

Proterere pedibus. Truc. 2.2. ϒ.13.

Proterritus. Trin. 3.2. ϒ.77.

Proteruè. Truc. 2.2. ϒ.1. Rud. 2.4. ϒ.1.

Prothymè: προθύμως, alacriter. Pseud. 5.1. ϒ.36.

Prothymia: animorum alacritates, & promptæ voluntates. Stich. 4. 2. ϒ.53. & 5.2. ϒ.11.

Protinàm: ἐξαίφνης. continuò. Cas. 5.3. ϒ.13.

5.3.℣.13. Curc.2.3.℣.83. Bacch.3.1.℣.7. Perſ.4.5. ℣.8. Terent. Phorm.1.4.℣.13. *Atque hinc me coniicerẽ protinàm in pedes.*

Protollere: differre. Caſ.2.8.℣.12. & 3.5.℣.43. Etiam Lucret. vſurpat. ℣.310.

Protollere: porrigere, proferre. Pſeud.3.2.℣.71.

Protrahere capillo. Merc.4.4.℣.58.

Protrahi ad paupertatem. Trin.1.2.℣.72.

Prouehi in altum. Mil.2.1.℣.39.

Prouenire: prodire. Pſeud.1.5.℣.115.

Prouenire: euenire, ꝓcedere. Moſt. 2.1.℣.67. Men.5.5.℣.61. *Nimis prouentum eſt nequiter:* hoc eſt, res male ceſſit. Rud.3.5.℣.57. *Edepol prouenì nequiter multis modis.* Stich.2.3.℣.72. *Proueniſti futile.* Trucul.2.4.℣.33. *Cum bene preueniſti, gaudeo.* Hinc *prouẽtus*, de ſucceſſu proſpero dixit Cæſar l.2. de Bello ciuili.

Prouenire bene. Truc.2.4.℣.3.3. Vide litt.B. *Bene.*

Prouenire rectè. Truc.2.6.℣.35.

Prouenire: ſuccedere. Vide *Synonyma* in Mantiſſa.

Prouidere aliquem. Aſin.2.4.℣.44. Amph.5.1.℣.20. Quaſi, *porrò videre.* Sic Terent. Andr.1.2.℣.13. *Herus eſt, neque prouideram.* Sic ibi Mſſ.

Prouidere ſibi: cauere. Moſt. 2.2. ℣.92.

Prouinciæ: pro, *munus, officium, eas partes.* Pſeud.1.2.℣.14. *Dederãq; has prouincias.* Ibid.℣.25. *prouincia caudicalis.*

Prouinciã capere: in cõiuiuiis. Stich. 5.4.℣.16.17.

Prouiſere: porro viſere, longè, vltra viſere. Stich.5.1.℣.2.4. Men.5.1. ℣.4.

Prouiſum & exploratum. Capt.3.4. ℣.110.

Prouocare: pro, euocare. Mil.4.3. ℣.29. Pſeud.2.2.℣.43. Stich. 5.5. ℣.29.

Prouocare: porro vocare, accire, reprehendere. Germ. **Anfahren.** Bacch.3.3.℣.40.

Prouoca in aleam. Curc.2.3.℣.76.

Prouocator. Truc.5.1.℣.63.

Proximum: vicinia. Aul.Prol.℣.31. Mil.2.3.℣.16. & 2.4. ℣.32. Epid. 1.1.℣.65. *in proximum.* Dicit etiã, *in proximo.* Vide ſupra exempla litt.I. *In proximo.*

Proximus: pro, *genere affinis.* Aul. 2.1.℣.9.

Proximus Deis. Pſeud.5.1.℣.13.

Proximus te. Pœn.5.3.℣.1.

Proximus vicinus. Merc.2.4.℣.7.

Prurire: pro, *geſtire.* Bacch.5.2.℣.74 Stich.5.5.℣.15. Vide etiam litt.G.

Pruritus ſcapularum. Perſ.1.1.℣.32.

Pruriunt dentes. Amph.1.1. ℣.139. Pœn.5.5.℣.36. Mil.2.4.℣.44. *Dorſus prurit.*

Pterelas: pro, *Pterelaus.* Amph.1.1. ℣.104. Sic *Arceſilas:* pro, *Arceſilaus.*

Pterornithica pugna: fictè. Pœn.2.1. ℣.25.

Ptolemocratia. Rud.2.4.℣.24.

Pubes: σωμικδοχικῶς pro omni populo. *Feſtus.* Pſeud.1.1.℣.124. Virgil. *--- puppeſq; tua pubeſq; tuorum.* Petron. de iis, qui equo Troiano incluſi, *fremit captiua pubes intus.*

Publicare corpus, meretricum eſt. Bacch.4.8.℣.22.

Publicani. Truc.2.2.℣.43. ἀκκηγεσικῶς de amatoribus.

Publicè. Trin.4.3.℣.39.

Publici Ædiles plebis. Truc. 2.7. ℣.6.

Publi-

Publicitus. Amph. 4. 2. ℣. 7. Bacch. 2. 3. ℣. 79. Perſ. 4. 3. ℣. 40. & in Stichi loco, qui non reperitur hodie in fabula. Vide Fragmēta.

Publicum: vectigal. πελωνία. Truc. 1. 2. ℣. 40. ἀλληγορικῶς de agro muliebri, eiuſque quæſtu. Senec. de conſt. ſap. cap. 14. *Quisquis erit, qui hoc ſalutationum publicum exercet.* Epiſt. 119. *quod agitarem publicum.* Epiſt. 101. *qui ad publica quoque acceſſerat.* Tacitus lib. 13. Annal. cap. 51. *Ergo edixit Princeps vt leges cuiusque publici occultæ ad id tempus proſcriberentur.* Cicero Epiſt. 1. ad Q. Fratrē: *publicis male redemtis.* Suet. Calig. cap. 30. de vectigalibus à Cæſare inſtitutis: *additum ad caput legis, vt tenerentur publico, & qui meretricium feciſſet.*

Publicum: quod in publico agitatur. Stich. 5. 4. ℣. 35.

Pudeo. Caſ. 5. 2. ℣. 3.

Pudendum eſt. Epid. 2. 1. ℣. 2. Truc. 2. 2. ℣. 14.

Pudens gnatus. Aſin. 1. 1. ℣. 68.

Pudere: abſolute. Aul. 4. 10. ℣. 60. Bacch. 3. 3. ℣. 79. Epid. 2. 1. ℣. 3.

Pudere aliquid. Epid. 2. 1. ℣. 3.

Pudet: cum accuſandi caſu. Mil. 3. 1. ℣. 29.

Pudet me Deûm atq; hominũ. Trin. 4. 2. ℣. 67.

Pudet id: propter id. Epid. 1. 2. ℣. 4.

Pudica virgo, quæ omnino virum ignorat. Curc. 1. 1. ℣. 51. Lucillius vocat *virginem ſignatam* illæſam & inuiolatam. Terentius, Hec. 1. 2. ℣. 70. *integram à viro.* Contrarium eſt, *imminuta virgo.* Apuleius: *Coram virginem imminuiſſet parata conſtantia.* τὸ *Imminuere* eſt, βιάζεσθαι: Deuirginare.

Pudicitia eſt. Stich. 1. 2. ℣. 43.

Pudicitiam pellere: eſt virginitatem eripere. Epid. 4. 1. ℣. 15. Sic Paullus IC. lib 5. ſentent. tit. 4. *pulſationem pudoris* dixit. Quintil. Declam. 284. *Rumpere virginitatẽ.* Apuleius: *Interficere virginitatẽ, & Devirginare.* Liuius: *Expugnare decus muliebre.* Cæcilius: *Hymenem virginis deintegrare.*

Pudicus: pudens, verecundus. Trin. 3. 2. ℣. 71.

Puditum eſt. Caſ. 5. 2. ℣. 4.

Puditum eſt factis quæ facis. Bacch. 3. 1. ℣. 12.

Pudor adeſt in illo. Stich. 2. 2. ℣. 53.

Pudor; veſti comparatur. Moſt. 1. 3. ℣. 7. Pacuuius: *Nam ſi te tegeret pudor, ſiue adeo cor ſapientia imbutum foret.* Apul. Apol. *Pudor enim velut veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur.*

Puella: etiam dicebatur, quæ iam matrimonio iuncta fuit: immò quæ vterum tulit. Ciſt. 2. 3. ℣. 77. Horat. lib. 3. Od. 22.

——*laborantes vteropuellæ.*

Sic Penelope apud Ouid. ſe puellam vocat, cum Vlyſſi iam olim Telemachum peperiſſet. lib. 2. Faſt. *iubet viduas ceſſare puellas.* h. e. à maritorum complexibus abſtinere. Ita Scæuola IC. *puellam* vocat, quæ erat vidua, & poſt alteri nupta. Agell. lib. 12. cap. 1. *puellam* bis vocat puerperam. Eandem καταχρησιν obſeruare eſt in voce *Adoleſcentis*, & *Virginis.* Nam Terent. Adelph. 4. 5. & 7. mulierem poſt partum *Virginem* vocat. Immò Iuriſconſulti docent quamuis viripotentem virginem mulieris nomine deſignari.

Puella bella & tenella. Cas. 1. 1. ϒ.20.

Puella paruola. Curc.4.2 ϒ. 42.

Puer: infans. Truc.2.5.ϒ.1.

Puer; de impubere. Pseud.3.1.ϒ.2.

Puer: pro filio, more Græcorum. Amph.5.1.ϒ.72.

Puer; pro seruo, administro. Curc.1. 1.ϒ 9. Most.1.3.ϒ.149.

Puere; vocandi casu, ἑλληνικῶς. Asin. 2.3.ϒ. 2. *tanquam si esset à recto puerus.* & 5.2.ϒ.42. Most. 4. 2.ϒ.32.49.74. Merc. 5.2. ϒ.70. 89. Pseud.1.3.ϒ.12.13.19.20. & 1. 2.ϒ.37. Pers.5.2.ϒ.14. Truc 2.6. ϒ.54.

puer infans minutulus. pœn. prol. ϒ 28.

puer quadrimus. Capt.3.5.ϒ.102.

puer vsurarius. Vide litt. V.

pueri patricij. Capt.5. 4.ϒ 5.

Puer morigerus. Capt.5.2.ϒ.13.

Puer septuennis. Merc.2. 2.ϒ.21.

Pueri: amasii. Truc.1.2.ϒ.47. *Ad pueros ire.*

Puerile officium: quid sit, vide litt. O.

Pueriliter stultus. Pers. 4. 4.ϒ. 42.

Puerperio ægra. Truc.2.5.ϒ.11.

Pugilice valere: vt pugiles solent, firmiter. Epid.1.1.ϒ.18.

Pugillatorius follis. Rud.3.4.ϒ.26.

Pugillatus: iuuentutis exercitium. Bacch.3.3.ϒ.24.

Pugna clara & commemorabilis. Pseud.1.5.ϒ.111.

Pugna; pro bello. Pseud. 4. 7. ϒ.74.

Pugna: pro fraude. Bacch. 2. 3. ϒ. 40.

Pugna Pterornithica; fictè. Pœn.2.1. ϒ.25.

Pugnacula. De fraudibus, ἀκκηγέρσεως. Mil.2.3.ϒ.63. *Deturbabo ego illum de pugnaculis.*

Pugna hospitium. Amph. 1. 1. ϒ. 140.

Pugnæ præliares: opponuntur velitationibus. Curc.4.4 ϒ.17.

Pugnam conserere alicui. Bacch.4.9. ϒ.43.

Pugnam dare: edere. Bacch. 2. 3. ϒ.40.

Pugnam dare: fallaciam excogitare. Pseud.1.5.ϒ. 111. Sic Capt. 3.4. ϒ.9. *Profecto iam aliquid pugnæ edidit.*

Pugnando vi Men.5.8.ϒ.5. Mil. 2.2. ϒ. 112. Sic Varin. Ciceroni: *Sex oppida vi oppugnando cepimus.*

Pugnata pugna. Amph. 1. 1.ϒ. 96. Pseud.1.1.ϒ.110. V. *Atticismus* in Mantissa.

Pugnare & pugnas dare: de ingeniosa aliqua fallacia. Epid.3.4.ϒ.61.

Pugnare: controuerti. Rud.4.3.ϒ. 72.103.

Pugneum hospitium. Amph.1. 1. ϒ. 140.

Pugnei mergi Rud.3.4.ϒ.57.

Pugnis contundere. Bacch.3.3 ϒ.46.

Pugnis pectere Men.5.7.ϒ.28. Pœn. 1.2.ϒ.145.

Pugnis incursare. Pœn.4.1.ϒ.3.

Pugnis cadere stimulos. Truc. 4. 2. ϒ.55.

Pugnis parcere in aliquo. Men. 5. 2. ϒ.95.

Pugnis vincere. Trin.2.4.ϒ. 82.

Pugnos obserere. Men.5.7.ϒ.23. Vide Lexicon Lucr. *Serere.*

Pulcher; cognomentū Clodiorum. Mil.4.2.ϒ.46.

Pulchrè; probè, benè, seruit eleganter connubio Aduerbii. Amph. 2.2.ϒ.49. Asin.5.2.ϒ.63. Cas.2.8. ϒ.75. Curc.1.3.ϒ.58.& 4.4.ϒ.29. Epid.3.4.ϒ.40.&5.1.ϒ.18. Bacch. 2.3.ϒ.5.& 4.6.ϒ.23.& 4.9.ϒ.145. Men.3.2. ϒ.7. Pseud. 4.1.ϒ.18. Trin.1.2.ϒ.101.& 2.4.ϒ.61. Truc. 2.8.ϒ.6.

pulchrè

pulchrè: est, *largiter*. Aul. 3. 1. ℣. 8.

pulchre emere: cum lucro. Pers. 4. 4. ℣. 38. Epid. 3. 4. ℣. 36. *Conciliauisti pulchrè*. h. e. emisti.

pulchre esse: belle viuere. Merc. 3. 3. ℣. 22.

pulchritudo pulchra. Mil. 4. 1. ℣. 13.

pulchrum est præquam. Aul. 3. 5. ℣. 33. *Melius, rectius est, quàm*.

pulices. Curc. 4. 2. ℣. 14.

pullus: ἀλληγορικῶς, de amica, quæ metuit multorum amatori. Pœn. 5. 5. ℣. 13.

pulmentum: cibus ad modum pultis factus. Aul. 2. 4. ℣. 42. Pseud. 1. 2. ℣. 84. Inde *pulmentarium* ὄψον φάγιον, ὀψάριον, ἐπόψημα, παρόψημα.

pulmentum bonum. Rud. 4. 2. ℣. 42.

pulmoneus vomitus. Rud. 2. 6. ℣. 27.

pulmonum distractio. Curc. 2. 1. ℣. 22.

pulpamentum. Cibus ex pulpa leporis. Curc. 1. 1 ℣. 90. Pseud. 4. 1 ℣. 37. Mil. 3. 1. ℣. 58. Stich. 5. 4. ℣. 31. Terent. Eun. 3. 1. ℣. 36. *Tute lepus es, & pulpamentum quæres*.

pulsatio. Bacch. 4. 2. ℣. 1.

pultare. Amph. Sc. *Tun' me*. ℣ 5. Asin. 2. 3. ℣. 2. Most. 2. 2. ℣. 15. Mil. 4. 6. ℣. 39. & 4. 7. ℣. 14. 15. Pœn. 3. 4. ℣. 19. & 5. 3. ℣. 1. Stich. 2. 2. ℣. 36. 38. 42.

pultare fores. Cist. 3. ℣. 7. Bacch. 5. 1. ℣. 28. & 5. 2. ℣. 2. Most. 3. 1. ℣. 140. & 4. 2. ℣. 18. 27. *pultare ostium*. Men. 5. 6. ℣. 29. Trin. 4. 2. ℣. 25. 29.

pultare ædes. Bacch. 4. 1. ℣. 6. 8. Most. 2. 1. ℣. 56. Pseud. 4. 7. ℣. 19. *pultare ostium*.

pultare pectus digitis. Mil. 2. 2. ℣. 47.

pultatio. Truc. 2. 2. ℣. 3.

pultiphagi barbari: dicuntur pœni, qui arte lignaria claruerunt. Vnde *lecti punici*. Plin. lib. 33. cap. 11. Et *Fenestra punicana* Varroni Et *torculare punicum*. *coagmenta punicana*. Most. 3. 1. ℣. 146.

pultiphagonides: pœnus pultiphagus. Pœn. Prol ℣. 53.

puluina. Truc. 5. 1. ℣. 13.

puluinarium. Cas. 3. 2. ℣. 27. pro quiete sumitur.

puluinum. Stich. 1. 2. ℣. 17.

puluisculus. Rud. 3. 6. ℣. 7. Truc. Prol. ℣. 19. Vide *prouerbia* in Mantiss.

pumex; de auaro τεγνικῶς. Aul. 2. 4. ℣. 18.

Pumirei oculi aridi. Pseud. 1. 1. ℣. 73.

punica laterna. Aul. 3. 6. ℣. 29.

puniceum corium. Rud. 4. 3. ℣. 59. 60.

puppi pereunda est probè. De rebus desperatis. Quia, omnino pereundum, est, probe pereundum est. Epid. 1. 1. ℣. 69. Most. 3. 2. ℣. 49. Ouid. *Non agitur vento nostra carina suo*.

Pura vasa. Capt. 4. 2 ℣. 81.

pura manus. Amph. 5. 1. ℣. 42.

pura)(*Spurca noctes*. Asin. 4. 1. ℣. 61.

pure; pro, *puer*. Curc. 1. 1. ℣. 75. Lucret. lib. 4 *puri sæpe locum propter se ac dolia curta*. Censorinus ex Varrone scribit, *primo gradu vsque ad annum* XV. *pueros esse dictos, quod puri sint, atque impuberes*. Diminutiuum est *pullus*.

purè habere: dicitur de virginibus. Asin. 4. 1. ℣. 61. Græce dicitur ἀγνεύειν, ἀγνὸς ἔχειν. Tibullus: *Et puro secubuisse toro*. Propert. lib. 2. Eleg. 12. *Tristia iam redeunt iterum solemnia nobis: Cynthia iam noctes est operata decem*. Idem lib. 2. Eleg. 19. *Votiuus noctes & mihi redde decem*.

Purga-

Purgare se: excusare. Amph.3.2.ỳ. 28.& 64.Cas.4.10.ỳ.5.

Purgitare se. excusare. Aul. 4. 10. ỳ. 23. Merc. 4.3.ỳ.37.

Purpura. Most. 1.3.ỳ.127. Men. 1.2. ỳ.12. Stich. 2.3.ỳ.51. Truc.5.1. ỳ.54.

Purpura ex Sara. Truc.2.6.ỳ.58.

Purpurata: veste purpureâ induta. Most.1.3.ỳ.130.

Purpurissata bucca. Truc.2.2. ỳ. 35. Apul. Apol. *Purpurissata gena.*

Purpurissum: est spuma, collecta efferuescente purpurâ, cum ex eâ tinctura efficitur. illâ mulieres vtebantur ad fucum suum. Most. 1.3.ỳ.163.

Purum; dicebatur id, quod in alienum vsum non conuertebatur. Sic Amph.3.2.ỳ.65.& 5.1. ỳ.74. *Vasa pura*, & *vestis pura*, dicebatur in sacris, quæ neque funesta esset, neque maculam haberet ex homine mortuo.

Pusillus mus. Truc.4.4.ỳ.15.

Purus, a; lotus, ta. Pœn.1.2.ỳ.137.

Pusto, nomen serui. Merc.2.2.ỳ.7.

Putamina. Capt.3.4.ỳ.122.

Putare; valet purum facere. *Ratio* dicitur *putari*, in quâ summa fit pura. Plutarchus vocat ἀνακαθάρσει λογισμόν. Aulul.3.5.ỳ.53. Most. 1. 3 ỳ.140. Trin.2.4.ỳ.15.

Ennius Thyeste:

--- ibi quid agat secum cogitet,
Paret, putet.---

Cæcilius Exule:

Non hæc putas, non hæc in corde ⌣ *versantur tibi.*

Virgil. Æneid. VI.

Multa putans, sortemq; animo miseratus acerbam.

Græcis est ψηφίζειν.

Lucillius in Anthol.

Ψηφίζων δ' ἀνίκητο πόσον δάσει διεξοδεύεις
Ἰντερῆς μισθὸς, καὶ τί νοσῶν δαπανᾷς.

In Apocalypsi Iohannis XIII. ỳ. 18. Ψηφίζειν τὸν ἀριθμὸν. Lucæ 14. ỳ.28. Ψηφίζειν τὴν δαπάνην. Scholiastes in Vespas. Aristophanis ait, veteres solitos esse λογίζεσθαι τοὺς ψήφους. Hinc igitur *putari* dicuntur *rationes*, cum conferuntur, & in summam computantur.

Putare rationem secum. Cas. 3. 2. ỳ.25.

Putare argumentis: pro, disputare. Nonius. Amph.2.1.ỳ.45.

Putére. Most.1.2.ỳ.66.

Putesco. Curc. 2.1.ỳ.26.

Puteus: pro barathro & hypogæo coquorũ pœnæ destinato. Quod genus λάκκους vocabant. Vlpianus vocat *malam mansionem.* Aul.2.5.ỳ.21.& 2.7.ỳ.3.

Puteus. Pœn.5.3.ỳ.53.

Puteus altus: imus. Men.4.4.ỳ.14.

Putidus: fœtidus, qui ex ætate ferè putorem contraxit. Bacch. 5.2. ỳ.44.

Putillus; Græc. est ποδάριον, πόδων. ὑποκοριστικὸν est, à *puta*, ἡ πόδη. τὸ ἐπὶ τῇ βαλάνῳ δέρμα; pellis, quâ glans pudendi virilis integitur: cuius τὸ ἄκρον dicitur ἀκροπόδιον, *præputium*, non à præputando, vti docuit Scaliger ad Catullum. Etiam in Horatio ita legendum lib.11.Satyr.3.ỳ.216. *Putam aut putillam appellet*: nempe ab ea parte, quâ puellę feminæ sunt. Græci ὑποκοριστικῶς χοιρίον. χοῖρος enim in puellis ea pars est quâ sunt id, quod sunt. Asin.3.3. ỳ.104. Pœn. 5.3. ỳ.22. Punicè משתנ *Mi putille.* Vide Animaduersiones nostras.

Putius: pro puro dicebant Vett. Vnde *pu-*

de *putatæ vires*, quòd cùm id quod impedimento erat, decisum est, remanent puræ, vt Cornificius ait. Vide Festum, Nonium, Varronem. Pseud. 4. 2. ℣. 33. & 4. 7. ℣. 103. *Purus putus Sycophanta.*

πωθάνεσθαι. Pseud. 1. 5. ℣. 73.

Q.

Quà aduerbialiter. Men. 2. 1. ℣. 12. Mil. 2. 2. ℣. 69.

Quà: alicubi. Men. 1. 2. ℣. 34.

Quà: aliquà. Men. 2. 2. ℣. 65.

Quà; aliquâ parte. Aul. 2. 4. ℣. 22.

Quà: aliquò. Cist. 1. 3. ℣. 35. & 4. 2. ℣. 59.

Quâ causâ: quare, quamobrẽ, cur. Aul. 4. 4. ℣. 5. Cist. 1. 1. ℣. 84. Epid. 1. 1. ℣. 39. Men. 3. 2. ℣. 35.

Quâ gratiâ; h. e. cuius gratiâ, cur, quare. Amph. 2. 2. ℣. 32. Aul. 3. 2. ℣. 21. Curc. 3. ℣. 84. Cist. 2. 1. ℣. 19. Men. 1. 1. ℣. 41. Rud. 1. 2. ℣. 2.

Quâ operâ: vnâ operâ. Pseud. 1. 3. ℣. 84.

Qua: pro, *quæ*. Epid. 2. 2. ℣. 106. *ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.*

Quaquà: quacumque parte. Epid. 5. 2. ℣. 9. Mil. 2. 1. ℣. 14.

Quà; vbicumque. Aul. 4. 4. ℣. 20. *tenta, quà lubet.*

Quà quà. Particulæ distributiuæ eleganter vsurpantur passim ab omnibus authoribus. Asin. 1. 1. ℣. 63. Mil. 4. 3. ℣. 20. & 4. 9. ℣. 15. Trin. 4. 3. ℣. 37. Sic enim vbique Mss. Palatini. Exempla quædam adnotare lubitum est. Cicero ad Atticum pag. 34. a. *Quà dominus quà aduocati sibilis cociſſi sunt.* Idẽ ad Att pag. 246. b. *Intelligo te distentissimum esse quà de Buthrotijs, quà de* Bruto. Ibig. pag. 148. a. *Quàm expedita cõsilia tua, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congressus, sermonisque cum Cæsare.* Plin. Epist. *Patruum distentissimum fuisse negotijs quà priuatis, quà publicis.* Spartianus in Geta: *& diceret quà ioco, quà seriò.* Sed satis. Alia collegerunt Musarum illi Geniales sacerdotes Rittershusius ad Guntherum pag. 80. Modius Lect. Nou. Epist. 92. Iohan. Marias Catanæus Comment. lib. 3. Plin. Epist.

Quâ causâ pro, *quare*. Men. 3. 2. ℣. 25. *Quid de te merui, qua me causa perderes?*

Quadrantal. Amphora est octo & quadraginta sextarios continẽs. Curc. 1. 2. ℣. 5.

Quadrilibris olla. Aul. 5. 1. ℣. 2.

Quadrigæ. Stich. 2. 2. ℣. 19.

Quadrigæ albæ. Asin. 2. 2. ℣. 13. h. e. veloces, & citæ. Græci ἵππους ἀργὰς vocant. Vide Animaduersiones nostras.

Quadrigæ citæ. Aul. 4. 1. ℣. 14.

Quadrigæ Solis, vel Iouis. Amph. 1. 1. ℣. 292.

Quadrigis iunctis aliquem prosternere. Men. 5. 5. ℣. 36.

Quadrigis rapere ad carnificẽ. Pœn. 1. 2. ℣. 156.

Quadrimulus. Pœn. Prol. ℣. 85.

Quadrimulus puer: quatuor annorum. Capt. 5. 3. ℣. 4.

Quadrimus puer. Capt. Arg. ℣. 2. Prol. ℣. 8. & 3. 5. ℣. 102.

Quadrupedare: de quadrupedibus dicitur. Capt. 4. 2. ℣. 34. Virgil. *Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.*

Quadrupes: pro, *equo*. Asin. 3. 3. ℣. 119. Virg. 11. Æn. *Quadrupedemque*

que citum ferrata calce fatigat.

Quadruplari: est, ad quadruplum pretium soluendum cogi. Pers. 1. 2. ℣. 10. 20. Videndi de hoc verbo iurisconsulti, inprimis Marcellus Donatus in Dilucidationibus ad Tulium Capitolinum, pag. 873. Turneb. lib. 3. cap. 9. Lips. ad cap. 20. lib. 4. Ann. Tac. pag. 197. Edit. Lugd. in 8.

Quadruplator. Pers. 1. 2. ℣. 18.

Quadruplex pecunia quæ pro pœna tertii exsolutur. Curc. 5. 2. ℣. 21.

Quadruplicare rem lucri. Stich. 3. 1. ℣. 4.

Quadruplum. Truc. 4. 2. ℣. 49.

Quæ: aliqua. Aul. 2. 2. ℣. 84. Bacch. 3. 6. ℣. 9. Mil. 4. 4. ℣. 39. Pseud. 1. 2. ℣. 35.

Quæ, pro, qualis. Most. 4. 2. ℣. 28. *quæ hæc est fabula*? Bacch. 3. 3. ℣. 69. *quæ vocatur*?

Quæ, pro, quia. Most. 1. 3. ℣ 51.

Quæ malum! De hac formula increpandi vide supra exempla in litt. M.

Quis is est homo? Curc. 4. 4. ℣. 26.
Quo gentium. Bacch. 4 7. ℣. 33.
Quoquo etiam. Amph. Prol. ℣. 30. 81 Epid. 2. 2. ℣. 50. Men. 5. 9. ℣. 98. Pseud. 4. 1. ℣. 22. Pers. 1. 3. ℣. 65. & 4. 9. ℣. 7. Truc. 1. 1. ℣. 76. & 4. 2. ℣. 17. & 4. 4. ℣. 22.
Quoquò gentium. Merc. 5. 2. ℣. 17.
Rursum recipere: eleganter dicit Plautus. Bacch. 2. 3. ℣. 60. Sic *Rursus repetere: rursus rescribere, rursus reticere* dixit. & *rursus recurrere*, Cist. *Rursus recipere domum*, Capt. 1. 2. ℣. 19. *rursus reuerti.* Pœn. Prol. ℣. 79. Petron. *Rursus me ad bibendum reuocauit.* Suet. Cæs. *Rursus repetità Bithyniâ.* Sic Græci πάλιν αὖ ὕστερον αὖθις.
Saltem modo. Pseud. 1. 3. ℣. 86.
Secretò seducere. Aul. 2. 1. ℣. 14.
Seruus homo. Epid. 3. 1. ℣. 7. Stich. 1. 2. ℣. 1.
Suppilare clam. Asin. 4. 2. ℣. 6.
Tecum oro. pro *te.* Bacch. 3. 3. ℣. 90. & 3. 6. ℣. 25. Terent. Hecyra 4. 1. *Tecum oraui.* Alibi pluries. Similiter apud Hebræos את־ך. *Cum* iungitur Præpositioni עם. Vt Psalmo 121. 2. & Genes. 26. ℣. 16.
Sic Ennius:
Tecum precibus pater orat.
Tecum simul. Aul. 4. 4. ℣. 27.
Totus perpetuus. Most. 1. 2. ℣. 68.
Tu homo insanus. Epid. 4. 2. ℣. 6.
Vbi gentium. Epid. 5. 2. ℣. 13. Pseud. 2. 2. ℣. 25.

2.2.℣.25. Rud.2.4.℣.12. Truc.5.1.℣.22.
Vbi loci. Rud. 2.7.℣.13. & 4.4.℣.117.
Vetus vetustum vinũ. Curc.1.1.℣.4.
Videre oculis. Mil. 2.3.℣ 19. & 2.4.℣ 15. & 3.1.℣.35. & 4.3.℣.11. Merc. 1.2.℣.71. & 2.2.℣.28. Men.5.7.℣.12. Pseud. 2.2.℣ 27. Rud.2.6.℣.10. & 4.4.℣.122. Trin.4.2.℣.119. & 4.3.℣.64. Epid.4.2.℣.7.
Viuus præsens, Most.2.1.℣.79. *Me viuum amisisti.* Most.2.2.℣.2.
Viuus viuo. Pseud.1.3.℣.102.
Vllus alter: κατ' ἀπεσοφασμὸν dicitur. Most.1.3.℣.112.
Vna cùm. Most.3.1.℣.26.
Vna simul. Pseud.1.4.℣.17.
Vnde gentium. Cist.4.1.℣.16. Pseud. 4.2.℣.11. Epid.3.4.℣.51.
Vniuersi omnes. Trin.4.3.℣.40. Vide litt.V. *Vniuersi omnes.*
Vsquam gentium. Pœn. 4.2.℣.3. Pseud.1.1.℣.96.

PRÆPOSITIONES.

Solebant interdum geminare præpositiones. Vt, *Insuper.* Merc.1.2.℣.82. Sic *Inante, exante, adex, adultra, abante, incoram, inpalam, abusque, exusque, inusque.* Atque hinc factum verbum *Insuper habere*, pro *negligere.* De quo verbo suo loco. Vide etiam Varia Mureti lib. 11. cap. 17. Itemque Varia doctissimi Iurisconsulti Ræuardi. Nec non Notas ad Inscriptionem Barcinonensem, quæ exstat pag. 378. 1. In magno Opere Inscript.

Præpositiones omissæ sæpe elegans indût epitheton. Vide, *Epitheta.*

Inter *præpositionem*, eiusque casum in deprecationibus interponi solet *pronomen.* Bacch.4.8.℣.64. *sine me per te, here, obsecro Deos immortales, ire.* Men. 5.7.℣ 1. *Per ego vobis Deos atque homines dico.* Terent. Andr. *Per ego te Deos oro.* Virgil. 8. Æneid. *Per ego has lachrymas.* Seneca Agamemnone, *Per te parentis memoriam obtestor mei.* Festus: *Ob vos sacro*, in quibusdam precationibus est; pro, *vos* obsecro: vt &, *sub vos placo*, pro, *vos supplico.*

PRONOMINA.

Sæpè permutantur, vt ponantur primitiua pro deriuatiuis: vt apud Plautum nostrum Pseud. 1. 1.℣.4. *parsissem labori meite rogandi, & tui respondendi:* pro, meo. Sic Hecuba apud Ennium: *miseret te mei anus; date ferrum:* hoc est, mei, quæ sum anus. Vide Agell. lib. 20. cap.6. & Iul. Cæsar Scalig. de causis L.L. cap. 129. Vide etiam infra, *Syntaxis insolens.*

PRONOMINA reciproca eleganter vsurpantur. pœn. 2. 1. ℣. 40. *per cerebrum quasi sua sibi, quasi turturem.* Vide Lexicon: *suo sibi.*

PRONOMINA relatiua in syntaxi concordant insolenti formulâ. Vide Lexic. *Tibi. Tetibi cui.* Et infra, *syntaxis insolens.*

PROVERBIA PLAVTINA.

A minimo ad maximum. Pseud. 3.1.℣.10.

Ab asinis ad bones transcendere. De inæquali necessitudine. Aul.2.2.℣.58.

A fundamento Rud. 2.6.¥.55.

A mane vsque ad vesperum. Amph. 1.1.¥.96. Vide supra litt. A.

Aceruum comedere vt mures, aut quasi lumbricus terram. Cas. 1.1. ¥.38.39.

Acetum habere in pectore. sapientem esse. Barch 3.3.¥.1. Pseud. 2.4.¥. 49. Sic Horat. lib. 1. Sat. 7.¥.32.

——*Italo profusus aceto*.

Aristophan. Pluto. ὄξος διυμβρῶν σφηκίων.

Persius Sat. 5.

——*aurem mordaci lotus aceto*.

Ausonius:

——*decies si cor purgetis aceto*.

Seneca Contro. 10 talem hominem vocat *acida lingua*.

Acta est res. Rud. 3.3.¥.21.

Actam rem agere: in cassum laborare. Cist. 4.2.¥.36. Terentius Adelph. 3,2. *Actum est*: vbi Donatus: Verba sunt desperationis. Nam *Actum est*, dicitur in ea re, de qua iam lata sit sententia.

Actum est. Stich. 5 5.¥.10.

Actum est; Ilicet. De rebus desperatis. Cist. 4.2.¥.17.

Acu rem tangere. Rud. 5.2.¥.19.

Acum quærere. de summa diligentia quærendi. Men. 2.1.¥.13.

Ad genium sapere; placere. Pers. 1.3. ¥.28.

Ad eundem saxum me fluctus ferunt. Most. 3.1.¥.143. Allegoria à naufragiis.

Ad incita redigere: ad summam egestatem. Pœn. 4.2.¥.85. Trin. 2. 4.¥.136. Vide litt. I. *Incita*.

Ad rauim aliquid poscere: est enixè contenteque aliquid petere. Aul. 2.5.¥.10.

Ad sias in eo ipso lapide, vbi præco prædicat. Nescis nunc venire te? Bacch. 4.8.¥.17. Est adagium in eum, qui præsens videns audiensque tamen deluditur. Germ. **Weist du nicht daß du verrahten vnd verkaufft bist?**

Ad vmbilicum deducere: modò ad medium, modò ad finem transferri solet. Men. 1.2 ¥.45. Vide litt. V.

Æacidina mina: pro grauissimis & rarum plenissimis minis. Asin. 2. 3.¥.25.

Ædificare: prouerbialiter dicuntur illi, qui columnam mento suffulciunt. Vnde, *Os columnatum*. Mil. 2.1.¥.54. 56.

Æquè odisse atque angues. Merc. 4. 4.¥.21.

Æstiuè viaticatus. Men. 2. 1.¥.30. Vide *Æstiuè*.

Affligam ad terram te itidem vt piscem polypum. Rud. 4.3.¥.71.

Age si quid agis. Pers. 4.4.¥.108.

Aiacem hunc cum vides, ipsum vides. De homine furioso. Capt. 3. 4.¥.82.

Alas hirquinas vellere. De impudicis. Pœn. 4 2.¥.50.

Albo ariete aliena occupare bona. hoc est, honesto prætextu inuadere alterius bona sub specie æquitatis. Pers. 1.2.¥.22.

Alligare canem fugitiuam agninis lactibus. De re periculosa. Germ. **Den Hund nach Schmeer schicken**. Pseud. 1.3.¥.84.

Allium cum sale obsignare. Pers. 2. 3.¥.15. De præparcis & tenacibus hominibus.

Aliquid mali propter vicinum malum. Merc. 4.4.¥.32. Talia sunt Hebr. *Væ malo*, &, *Væ vicino eius*, &, *Contubernales improbi cum eo vapulant*. De quibus videndus

Ianus

Ianus Druſius in Comment. ad Prouerb. *Ben Sira.*

Aliter catuli longè olent, aliter ſues. Epid. 4. 2. ℣. 9. De rebus multùm diſſimilibus Qui in culina nutritur, non poteſt bene olere: ita nec ſus ſtercoris lutique hoſpes continua. Contra catulus à puellis ferè enutritus, malè olere non poteſt.

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. In hypocritas & falſos amicos. Aul. 2. 2. ℣. 18. Vide Eraſmum.

Amat te tanquam oculos. Mil. 4. 1. ℣. 37.

Amicè amico operam dare. Merc. 3. 1. ℣. 1.

Anguilla eſt: elabitur. Pſeud. 2. 4. ℣. 57.

Animus eſt in naui. Perſ. 4. 6. ℣. 27. Terentius imitatus eſt: *Animus eſt in patinis.*

Antiquum obtinere. Moſt. 3. 2. ℣. 103. Vide litt. A.

Aquam plorat, quum lauat, profundere. Aul. 2. 4. ℣. 29. In hominem præparcum & illiberalem nimis atque ſordidum, qui vſque adeo ſit non attentus ad rem modò, ſed miſer, vt illuuiem & ſordes aquæ qua fuerit ablutus, vereatur effundere, velut vſui ali. quando futuras.

Aquam à pumice poſtulare. Perſ. 1. 1. ℣. 42.

Arceſſit ſibi malum iumento ſuo. Amph. 1. 1. ℣. 171.

Arundo alas verberat. Bacch. 1. 1. ℣. 17. De fraudibus, quibus quis quaſi viſco tenetur. Vide Adagia pag. 542. Edit. Wechel.

Aſpergere aquam. prouerbialiter dicitur, pro, Seruare, & recreare eum, qui quaſi deliquium animi paſſus ſit. Bacch. 2. 3. ℣. 13.

At iam ante alii fecerant idem. Epid. 1. 1. ℣. 10. Quod imitatus eſt Ter. Adelph. 4. 5. Formula excuſandi malitiam.

Atrior quàm Ægyptij. Pœn. 5. 5. ℣. 11.

Audire tanquam per nebulam. Capt. 5. 4. ℣. 27.

Bellerephontis littera; quæ contra eum ſcriptæ ſunt, qui illas defert. Bacch. 4. 7. ℣. 17. Vide apud Druſium, *Vria litteras perfert.* Prouerb. Claſſe 1. lib. 5. Adag. 36.

Bene nauis agitatur. pulchre hæc conferturratis. De periculo, quod effugiſti. Bacch. 4. 6. ℣. 27.

Bilem mouere; prouerbialiter dictum, pro moleſtum eſſe, & iniucundum eſſe. Bacch. 3. 6. ℣. 8. *Non placet mihi cœna, quæ bilem mouet.*

Boius boiam terit. Capt. 4. 2. ℣. 108. Prouerbium ſimile illi: *Dignum patella operculum.* Græci, εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα.

Bolo tangere. A piſcatoribus. Truc. Arg. ℣. 3.

Bona ſua proſtercore habet. Truc. 2. 7. ℣. . Græci dicunt: κἀβλητόπερ ἐν τῇ κόπρῳ. Apul. 11. Florid. *Rem familiarem abiicit, velut onus ſtercoris.* Val. M. lib. 9. c. 1. de Clodio Æſopi. Lucillius:

Prator noſter adhuc quam ſpurco eſt ore, quod omnes
Extra caſtra, vt ſtercu' foras, eiecit ad vnum?

Cœna Thyeſtæa. Rud. 2. 6. ℣. 25. Vide Fabulam apud Ouid. in Metam. & Natalem Comitem in Mythol.

Calceos capere nescio. Truc. 4.2.ỽ.52.

Callum aprugnum callere aquè non sinam. Pœn. 3.2.ỽ.2.

Canina scæua melior quam latratus & probra mulierum rixosarum. Cas. 5.4.ỽ.4.

Caput esse alicui rei. h. e. authorem & originem Asin. 3.3.ỽ.139. & 140. Dicitur de re inchoata, nec dum perfecta. *Nec caput nec pes apparet.* Cicero lib. 7 Ep. ad Curium: Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus, fuisse propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum scribis, *nec caput, nec pedes.* Horatius Epist. ad Pison. ỽ.8.

Carbunculus amburet ei corculum, hoc est, mœrore conficietur. Most. 4.2.ỽ.70.

Cassa memorare. futilia, & cassa nuce leuiora dicere, loqui. Cist. 4.1.ỽ.16. Vbi Palmer. *campas* mavult. Sed nullo libro iuuari potest, nullisve vestigiis. Vide Animadversiones nostras.

Centones sarcire. Epid. 3.4.ỽ.19. Vide litt. C.

Certa amittimus, dum incerta petimus. Pseud. 2.3.ỽ.19.

Citis quadrigis citius properare, aliquid persequi. Aul. 4.1.ỽ.14.

Citius abeunt, quam in cursu rotula circumuortitur. Pers. 3.3.ỽ.38.

Citius extemplò fugiũt, quam ex porta ludis cum emissus est lepus. Pers. 3.3.ỽ.30.

Clauus Cupidinis, pro solidissimo vinculo, & quasi adamantino. Asin. 1.3.ỽ.4.

Cogere examen mali tergo in se gesti. Truc. 2.2.ỽ.59. Suasuo sibi malo commissa non faciet in me expetere.

Collatis signis depugnare. Coniunctâ operâ. Germ. Mit einem hellen Hauffen darein schlagen. Casin. 2.5.ỽ.43.

Collo rem soluere. Pœn. 5.6.ỽ.17. *quasi baiulus.*

Communis Mercurius. Amph. Prol. ỽ.10.

Condoctior sum, quam in Tragœdia Comici. Pœn. 3.2.ỽ.3. Pers. 4.2.ỽ.4.

Confit citò, quasi si obiicias formicis papauerem. Trin. 2.4.ỽ.8.

Confossiorem facere soricinâ naniâ. hoc est, in minutissimas partes confodere. Bacch. 4.8.ỽ.48. Vide Leic. litt. C. & *Nania.*

Proverbii formam obtinet illud Stich. 2.2.ỽ.33. *Contundam facta Talthibii, contemnamque omnes nuntios.* hoc est, Efficiam vt fama Talthibii nuntii Græcorum nulla sit præ mea fidelitate in nuntiis procurandis.

Conuerrere aliquem cum puluisculo. Rud. 3.6.ỽ.7. Truc. Prol. ỽ.19.

Corium fit tam maculosum, quam est Nutricis pallium. Plautus Bacch. 3.3.ỽ.30. Protulit de plagis, quæ infliguntur pueris delinquentibus. Nutrices enim à pueris, quibus mammam præbent, solent commaculari. Vel, inquit Longol. intelligitur pallium Nutricis Deorum Cybeles, quod lyncum pantherarumque pelle varium erat.

Cor meum exspectat colligatis vasis. Sumptum à re militari, vbi vasa conuasantur, & colliguntur. Pseud. 4.3.ỽ.16.

Cornua obuerteret. Pseud. 4.3.ỽ.5.

Cuculus, de homine ignauo. Asin. 5.2.ỽ.73.84. Pseud. 1.1.ỽ.94.

Cucus si in ludũ iret, potuisset iã fieri, vt probè litteras sciret. Pers. 2.1.ỽ.6.

Cudere

Cudere numos plumbeos. Frivolis dictis ac factis aliquem decipere. Most. 4. 2. ℣. 11.

Cui peculii numus non est plumbeus. de pauperrimo. Casin. 2. 3. ℣. 40.

Cuius ego noctes vel nebula cyatho non emam. De re nihili. Pœn. 1. 2. ℣. 62.

Curculiunculos minutos narras. Res nullius vsus. Rud. 5. 2. ℣. 38.

Cum aceto prandere & sale. De summa paupertate. Rud. 4. 2. ℣. 42.

Cum puluisculo rem auferre. Truc. Prol. ℣. 19. Est nihil quicquam reliqui facere, sed omnia conuerrere, ac minimam etiam scobem ac ramentum pulueremque rapere. Vide etiam Adagiographos: *Ne paxillus quidem relictus.*

Cum ornamentis omnibus venalis sum. Proverbialiter dictum. Stich. 2. 1. ℣. 18. hoc est, totus, cum omnibus meis rebus. Pseud. 1. 3. ℣. 108. *Cum intestinis omnibus, siue ornamentis.* Similia sunt illa apud Ciceronem pro Quinctio: *Sed etiam victus, vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est.* Et pro Sestio: *Viuus, vt aiunt, & videns cum victu suo ac vestitu publicatus.*

Cura aliud. Vetus formula, qua securos esse alios iubebant. Mil. 3. 3. ℣. 55. & 4. 2. ℣. 96.

Curio dicitur in hominem gracilem & macilentum: qui curis semetipsum macerat & conficit. Aul. 3. 6. ℣. 26.

Curtium infortunium. Pseud. 4. 7. ℣. 44. Vide litt. C & I, itemque Animaduersiones nostras.

Dædaleis remigiis ferri. Amph. Sc. D. *Vostr.* ℣. 51.

De Cœlitum prosapiâ: in defioculum. Curc. 3. ℣. 23.

De istac re in vtrumuis oculum conquiescito: vel *aurem* etiam. Pseud. 1. 1. ℣. 121.

De vespere suo viuere. Est furtis suis vitam sibi parare: quemadmodum Durantius Casellius explicat locum prouerbialem Mil. 4. 2. ℣. 5. Nimirum Romæ in suburra vesperi res furtivæ venundabantur: vt notat Acro ad Horat. Sat. 1. *Fallacem circum, vespertinumque pererro sæpe forum.* —— Vide Durant. lib. 1. cap. 5. Variarum lect. Paulo aliter Lipsius ad 14. Annal. Taciti pag. 366.

Deus proximus. Pseud. 5. 1. ℣. 13.

Delingere salem dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Curc. 4. 4. ℣. 6. Horat. libro 2. Od. 16.

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Delphis tibi responsum dicito. Pseud. 1. 5. ℣. 65. Lucret.

——multo certius quam
Pythia, quæ tripode ex Phœbi lauruque profatur.

Cic. ad Brutum: *Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta: nihil potest esse verius.*

Demensum dare, non modio, neque trimodio, verum ipso horreo. De summa hilaritate. Men. Prol. ℣. 14. 15. Cic. lib. 6. ad Att. *Sic illæ iam habent pleno modio, verborum honorem, &c.*

Dentes dentiunt. De nimium famelicis. Mil. Glor. 1. 1 ℣. 34.

Detergere mensas: de parasitis. Men. 1. 1. ℣. 2.

De pugnato prælio venire. Græci dicunt: μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Men. 5. 6. ℣. 31. In eos qui sero auxilium ferunt.

Deus sum. Vide Lexic. litt. D.

Dies quasi senex tabescit. Stich. 5. 1. ℣. 8. Vide *Dies.*

Dictum sapienti sat. Pers. 4. 7. ℣. 19. Gallice exprimunt: *A bon entendeur peu de paroles.*

Diffare aliquid spiritu, quasi ventus folia. Mil. 1. 1. ℣. 7.

Digna indigna habenda sunt herus qua facit. Capt. 2. 1. ℣. 6.

Virgil. in Ciri:

Omnia me potius digna atque ingna laborum.
Millia visuram. —

Terent. *Iusta iniusta me facturum.*

Æschylus:

Δεῖ δ' ἐκόντων ἄκοντι καὶ δίκαια κἀδίκα.

Digitulis primoribus aliquid sumere. Vide litt. P.

Digitum intendere: deridere. Pseud. 4. 7. ℣. 45. Legendus Laertius in Diogene.

Digitum longe pedem efferre adibus. Bacch. 3. 3. ℣. 19.

Digitum transversum, aut unguem latum excedere. Aul. 1. 1. ℣. 17. Cato etiam vsurpavit.

Dimidium cămune. Pseud. 4. 7. ℣. 68. Proverbialiter dictum: vt κοινὸς ἐμοῖς. Et ex iure ciuili ex communi partem qui vindicat, dimidium vindicat.

DIs adversari: quasi Titani cum DIs belligerare. Pers. 1. 1. ℣. 26.

DIs iratis & inimicis natus. De homine infelici & misero. Mil. 2. 3. ℣. 43.

Dijs inimicis omnibus natus es. Most. 3. 1. ℣. 32.

Diuitiæ eius ita sunt opimæ, vt inde excoquat seuum. Capt. 2. 2. ℣. 31.

Doctum docere. Pœn. 4. 2. ℣. 58.

Domi doctus. Truc. 2. 5. ℣. 4.

Domi doctus sum. Pœ. 1. 2. ℣. 7.

Domi est. Bacch. 2. 2. ℣. 47. Vide litt. D.

Domi habere. Vide litt. D.

Domi satis. Mil. 4. 4. ℣. 18.

Domi scio. Truc. 2. 7. ℣. 4.

Dormire. Curc. 1. 2. ℣. 66. & *Somno operam dare.* Stich. 1. 2. ℣. 40. in Proverbio est, pro quiescere: de quovis negotio.

Dormire sine omni cura. Trin. 2. 4. ℣. 20.

Dorsus prurit. Proverbialiter dictum. Mil. 2. 4. ℣. 44. Similes formulæ apud Plautum sæpe occurrunt. Bacch. 5. 2. *Caput prurit.* Pers. 1. 1. ℣. 32. *Scapulæ pruriunt.* Pœn. 5. 5. ℣. 36. *Num tibi adolescens mala an dentes pruriunt?* Amph. 1. 1. ℣. 66. *Gestiunt pugni mihi.* & ℣. 138. *Denies pruriunt.* Pseud. 1. 1. ℣. 105. *Supercilium salit.*

Dulce amarum. De iis quæ simul læta & tristia videntur. Cist. 1. 1. ℣. 71. Pseud. 1. 1. ℣. 61. & 2. 4. ℣. 1. Truc. 2. 3. ℣. 15.

Dum pereas, nihil interduo. Item: *Ciccum floccum non interduo.* hoc est, susque deque rem fero. Capt. 3. 5. ℣. 36.

Dum sine me quaras, mea causa quaras vel medio in mari. Epid. 5. 2. ℣. 14. Proverbii speciem habet, quo etiam vtitur Truc. 2. 6. ℣. 46.

E nassa escam petere. Mil. 2. 6. ℣. 98. Vide Erasmum.

Ebur candefacere atramento. de re vana & inutili. Most. 1. 1. ℣. 101.

Ecquid habet is homo aceti in pectore? Pseud. 2. 4. ℣. 49. Vide, *Acetum.*

Ego

Ego intra sacrum & saxum sto. De ambigua sorte. Sumtum à victimis, nempe porcis, quæ à Sacerdote saxo feriebantur. Capt. 3. 4. ℣. 84. Simile est illud: *Inter malleum & incudem.*

Ego iam te hîc exurgebo quasi penicillus nouus solet exurgeri. Rud. 4. 3. ℣. 70.

Ego me tua causa ne erres, nō rupturus sum. Capt. Prol. ℣. 14.

Ego perbitare (perire) *mauellem me millies, Quàm, &c.* Pseud. 4. 4. ℣. 6.

Ego tibi sum summus Iupiter. Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium. Capt. 4. 2. ℣. 84.

Elephanti corio est circumtentus, nec plus sapientiam habet, quam lapidem. De homine stolidissimo. Mil. 2. 2 ℣. 80. 81.

Elidere oculos, itidem vt sepiis faciunt coqui. Rud. 3 2. ℣. 45

Emere melius est, cui imperes. Pers. 2. 4 ℣. 2. Trin. 4. 3. ℣. 54.

Emere oportet, quem tibi obedire voles. Pers. 2. 4. ℣. 2. Trin. 4. 3. ℣. 54. Ger. Kauff dir ein Narren/wiltu einen haben / ich bin nicht feil.

Emortuo verba facere. pœn. 4. 2. v. 18

Enicas. vox contra garrulos & importunos. Merc. 1. 2. ℣. 45.

Eodem mihi pretio salpe rhibetur, quo tibi. Obtrectatio in eos, qui æquali sunt sorte & conditione. Pers. 3. 3. ℣. 24.

Eradicare aures sermonibus, est molestum nimis esse, & occidere, vt loquitur Horatius de Arte, ℣. 475. Epid. 3. 4. ℣. 23.

Eripere è manu manubium. E potestate alicuius adimere rem speratam. Aul. 3. 4. ℣. 12.

Esse in tonstrina. Falli, decipi. Capt. 2. 2. ℣. 16. Germ. Er sitzt vff dem Bänckel / man wirt jhm den Bart scheren.

Et lege & legionibus fugitare. Pseud. Prol. ℣. 8. Prouerbium olet.

Et operam & vinum perdere. de labore frustraneo. Aul. 3. 6. ℣. 41. Alias dicitur: *Operam & oleum perdere.*

Exordiri, detexere telam. Pseud. 1. 4. ℣. 6.

Ex sterquilinio effossus: in hominem sordidum nauci. Cas. 1. 1. ℣. 26.

Extra portam ire: æquiualet ferè illi: *εἰς κόρακας. In malam rem.* Mil. 2. 4 ℣. 6. Seneca Controu. 1. *Extra portam istam virginem.*

Ex vno puteo non potest similior aqua aqua sumi, quàm hoc est. Mil. 2. 6. ℣. 70.

Fabulas narrare. Men. 5. 1. ℣. 25. Vide *Nugas agere.*

Faciam te folle pugillatorium. Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circumvinciam. Rud. 3. 3. ℣. 16. 27.

Famem hercle vtendam, si roges, nūquam dabit. In auaritiæ genialc mancipium. Aul. 2. 4. ℣. 22.

Fames & mora bilem in nasum conciit. Amph. Sc. *DI vostram.* ℣. 41.

Ferocem se facere. Superbire. Curc. 4. 3. ℣. 7. Most. 4. 2. ℣. 9. Galli dicunt: *Faire le braue.* Vide Lexic. *Ferox*, & *Facere.*

Fides muliebris. Mil. 2. 5. ℣. 46. Vide Prou. *Mulieri ne credas, nec morituæ quidem.*

Fidei non melius creditur. pœn. 4. 2. ℣. 68.

Fiscum cum animâ auertere. Truc. Prol. ℣. 22. Ger. Den Seckel mit dem Gelt nehmen.

Flamma fumo est proxima. Ad amores relatum. Curc. 1. 1. ℣. 53.

Floccum non interduim. Trin. 4. 2. ℣. 152. Ma-

152. *Male viue & vale.* Trin. 4. 2.♆.154.

Folia sunt farfari, & nugæ meræ. De rebus nihili. Pœn. 2.1.♆.32. Men. 2.3.♆.24.25. Vsus quoque est Apuleius lib. 1. Metam. pag. 5. Edit. Colu. Vti quidem inibi emendauit Lipsius: *Folia sunt artis, & nugæ meræ.*

Formicinus gradus. Men. 5.3.♆.12. Sic Catullus: *Myrmicè incedere.* Martial. *Cruscŭlum formicæ* dixit. Vide litt. F.

Frigidam subdolè suffundere. Cist. 1. 1.♆.37. Est clanculum mordere. Græci dicunt πλύνειν; Galli *lauer la teste*, pro, obiurgare, maledictis incessere. Vide Thesaurum H. Stephani Tom. 3. col. 402.

Fullonium fluctum potare. comprimi instar fullonii panni. Pseud. 3. 1.♆.15.

Fungino genere est. Vide litt. F.

Garriet, quoi neq; pes vmquam neq; caput compareat. Capt. 3.4.♆.81.

Geniŭ suŭ defraudare. Aul. 4.9.♆.15.

Gerræ Germanæ: λῆροι λήρων. Pœn. 1.1.♆.8.

Glabriorem reddes mihi, quam volsus Lydius est. De summa glabritie. Aul. 2.9. ♆.6.

Glaucomam ob oculos obiicere. Mil. 2.1.♆.70.

Habeo viros. In manifesto scil. deprehensos. Cas. 2.8.♆.36. Terent. Adelph. 2.2. *Virum hunc habeo.* Sic Menippæa Varronis, ἔχω σε.

Habete vobis cum porcis, cum fiscina. Merc. 5.4.♆.28. Cui consonat illud. Pseud. 1.3.♆.108. *Cum omnibus intestinis.* Germ. Nehmet ihn hin mit Haut vnd Haar.

Habitat illic longe vsq; in campis vltimis. Rud. 4.3.♆.95.

Hæc mihi ex sententia euenerant. Men. 5.9.♆.89. & sæpe alibi. Vide Lexic. litt. E. & S.

Hæc nihilo mihi videntur esse sectius, quam insomnia. Men. 5.7.♆ 57.

Hæc res est in vado salutis. Aul. 4.10. ♆.73. Terent. Andr. *Omnis res iam est in vado.* h. e. in securitate: vt ibidem explicat Donatus.

Hecuba canis. In mulierem maledicam. Men. 5.1.♆.14.

Hærere in luto. Pers. 4.3.♆.66.

Hamum vorat; versatur in præsenti periculo. Curc. 3.♆. 61. Simile est Bacch. 4.6.♆.21. *Turdus lumbricum petit à transennâ.*

Helleborum hisce hominibus est opus. Pseud. 4.7.♆.89. Horat. lib. 2. Sat. 3.♆.82.

Hic vigilans somniat. Capt. 4.2.♆. 68. Sic Lucret. lib. 3. *Et vigilans stertit.* Et Terent. Andria: *Num ille somniat, qua vigilans voluit?*

Hoc fac, &c. *vel vsq; dum regnum obtinebit Iuppiter:* h. e. æternum. Men. 5.1.♆.28.

Hoc tibi febris est: de summa molestia. Pseud. 2.2.♆. 48.

Homo in medio luto est: hæret, nec se expedire potest. Pseud. 4.2.♆. 27.28.

Homo nullius coloris. Pseud. 4.7.♆. 99. Prouerbium idem cum eo: *Albus an ater sis: nescio.* Phædrus Fab. 54. l. 3. *Vnde illa sciuit, niger an albus nascerer?* Huc quoque referendum illud Curc. 2.1.♆. 17. *De forma noui, de colore non queo nouisse.* Et Mil. 2.5.♆.42. *Neq; vos, qui homines sitis, noui, neq; scio.* Vide etiã Asin. 2.2.♆.86.

Huius sermones haud cinerem quæritant. Mil. 4.2.♆.10. Sensum ipse Plautus exprimit in sequentibus verbis. ♆.11. *Quia enim loquitur lautè*

lautè, & minimè sordidè. Aliter Iunius in Adagiorum nouissima editione pag 383. interpretatur: *Haud quærit abscondi abstrudiq;* sed sensus alio interprete non eget quam ipso authore. Cinerisvsum nemo ignorat, eo elui, & nitidari orichalcum. Ista politie sermones non opus habere indicat, sed illos esse puros, simplices, minimeque obscuros.

Id quod alius condiuit cocus, ego alio pacto condiam. Cas. 2.8 ℣.77.

Hic homo meus est. Prouerbium sapit. Germ. Da hab ich meinen Mann. Pseud.1.3.℣.146.

Illuc, quorsum Asinus cadit calcibus. Pœn.3.1.℣.70. Germ. Hinder sich wie die Bawrn die Spieß tragen.

Imbrem in cribrum gerere. Pseud.1. 1.℣.100.

Imitari nepam. Retrouersum cedere. Cas.2.8 ℣.7. Pseud.4.1.℣.45. *Non prorsus sed ex transuerso cedit, q. cancer.*

Inane cædere; vt, *aerem verberare.* Pseud.1.3.℣.73. *Inane cædis, dicta non sonant.* Dictis non satis fit, sed re.

Indigna digna habenda sunt. Capt.2. 1.℣.6.

In eo ipso astas lapide, vbi præco prædicat. Bacch. 4.7 ℣.17. In eum, qui præsens, videns, audiensque tamen deluditur.

In faba reperire; de re nihili. Puer in vermiculum, quem *Midam* vocant, solent quærere; & inde triumphum agere. Aul.5.1.℣.11.

In foueam decidere. In fallacias incidere, & decipi. Pers.4.4.℣.45.

Inimicum emere beneficio. Trin.4.3. ℣.49.

In mentem mihi canit; Te bouem esse, & me asellum, vbi tecum conjunctus siem. De inæquali coniunctione. Aul.2.2.℣.52.

In oculis habere: de summo amore. Pseud.3.2.℣.68.

In occipitio quoq; oculos habet. Aul.1. 1.℣.25.

In pertusum dolium dicta ingerere. Operam ludere. Pseud.1.3 ℣.134. Sic apud Lucret. lib.3.

Et non omnia pertusum congesta quasi in vas.
Commoda perfluxere, atq; ingrata interiere.

Vide Fabulam Danaidum.

In scirpo nodum quærere. Men. 2.1. ℣.22. In res, quæ nullius impedimenti sunt, & quæ numquam possunt reperiri. Vide Festum *Scirpus*: & Donatum in Andria Terent.

In tuo luco & fano situm est. Aul. 4. 2.℣.9 Sic Cicero: *In meis castris præsidiisq; versaris.*

Inter viuos quærere mortuum: Frustra quærere. Men. 2.1.℣.15.

Ire Sutrium. Prouerbium in eos, qui suis rebus opibusque confisi repræsentarent quibus deberent. Vide *Festum & Erasmum.* Cas.3.1.℣.10.

Irritare crabrones. Amph. 2. 2.℣. 75. Suidas: *Oestipedem excitabis:* scil. Scorpium. Vide Plin. lib.11. c.21. de Crabronibus. (24.

Ipsa ignauia ignauior. Pœn.4.2.℣.

Isti orationi opus est Oedipo consectore. Pœn. 1.3.℣.34. Similes formulæ sunt Pseud. 1.1.℣.23.

Has quidem litteras nisi Sibyllæ legerit.

Item, *Vrinator Delius*: in Prouerbio. Martial.l.10. pag.21.

Non lectore tuis opus est sed Apolline libris. Antiphanes apud Athenæum.

Τίς δ' ὅτ' ἐστιν, ἢ δὲ αὖ Ἀπόλλων μάθοι.

Istuc mihi cibus est, quod fabulare; hoc est, libenter id audio, libenter hunc sermonem edo. Aul. 3. 6. ℣. 1. Cist. 4. 2. ℣. 54.

Ita festinato, vt tibi decidant femina in talos. Pœn. 3. 1. ℣. 67.

Ita sum. Pers. 2. 4. ℣. 13. Vide Lexic. *Sic sum.* & litt. I.

Item vt Acheruntì ratio accepti scribitur. Truc. 4. 2. ℣. 36. Vide Opus Adagiorum.

Item vt de frumento anseres absterret. Truc. 2. 1. ℣. 41.

Iterum mihi gnatus videor. Pœn. 5. 2. ℣. 117.

Iunctis quadrigis aliquem prosternere. Men. 5. 5. ℣. 36.

Κοινὸς ἑρμῆς. *Communis Mercurius.* Amph. Prol. ℣. 10.

Lapide silice stultior. Pœn. 1. 2. ℣. 78.

Lapides loqui dicuntur illi, qui res valde nobis inuisas, exosas, acerbas & molestas loquuntur. Vide Erasmi Adagia. Aul. 2. 1. ℣. 30.

Latus ladere: metum alicui incutere. Bacch. 2. 3. ℣. 47. Simile est illud in Catal. Virg. *Tangere latus ferro.*

Lenior quam mutum mare. Liquidiusculus quam ventus Fauonius. Mil. 3. 1. ℣. 69. 70.

Logi sunt. De rebus futilibus. Men. 5. 2. ℣. 29. Vide etiam Prov. Λόγων ἀμβροσία, quæ est verborum non concoctorum proluuies.

Lupo agnum eripere. Pœn. 3. 5. ℣. 31.

Lucillius:

Esuriente leoni ex ore exsculpere prædam.

Vide Adagiographos: *Ex ore lupi.* Dicitur quoque alio Prouerbio: λύκῳ μάτην χανών, de iis, qui irriti abeunt voti sui. Apuleius Apol. *Verum, vt Dii voluere, quasi cœca bestia in cassum hiauit.*

Lupus in sermone. Stich. 4. 1. ℣. 71. Terent. *Lupus in fabula.*

Luscinia deest cantio. De garrulis mulieribus effert Plaut. Bacch. 1. 1. ℣. 4.

Lydi barbari. Curc. 1. 2. ℣. 63. Bacch. 1. 2. ℣. 13. Auson. *Barbarus est Lydus, fallax Geta.* —

Magis calleo, quam callum aprugnum callet. Pers. 2. 5. ℣. 1.

Magister it quasi lucerna, vncto expretus linteo. Bacch. 3. 3. ℣. 42. Intricatum Prov. Cunr. Rittersh. comparat cum illo vernaculo: Er gehet auß / als wie deß Cantors Latern.

Malim mendicando vincere mendicum, quam vt ille fiat de mea pecunia ramenta plumea propensior. Hyperbolica forma. Bacch. 3. 4. ℣. 16.

Malleus sapientior manubrio. Epid. 3. 4. ℣. 92.

Manifesto faucibus teneri. Cas. 5. 3. ℣. 4.

Manibus illotis tractare aliquid. Pœn. 1. 2. ℣. 103. Græci dicunt: χερσὶν ἀνίπτοισι.

Manibus demissis fugere. hoc est, celerrimè, & contentissimo cursu. Epid. 3. 4. ℣. 16. Pseud. 3. 2. ℣. 52. Demissis pedibus volare in cœlum, per iocum dixit. Arist. φεύγειν ἀβροτίσιστα. Vide Comment. Isaaci Casaub. ad Theoph. Charact. pag. 132. Edit. Lugd. Petri Victorii lib. 22. cap. 2. Turneb. Adu. l. 28. cap. 41.

Manus nostræ oculatæ sunt, credunt

dunt quod vident. Asin. 1.3.¥.50. Truc.5 1.¥.9.
Sic Propert.l.1.& 9.
Cui non ante patet, donec manus attigit, offa.
Vbi *Offa* pro præda vsurpatur, quæ manibus tenetur: sicut & *bolus* apud veteres, quando dicebant, *Doleo hunc bolum mihi ereptum è faucibus.* Terent. Heaut. 4.1.

Matula: de homine vano. Vide litt. M.

Mortuus pluris pretii est, quam ego sum. Bacch. 4.3.¥.17.

Mel lingere. de suaui amplexu. Cas. 2.8.¥.21.

Meliorem neque tu reperies, neque Sol videt. Stich. 1.2.¥.54.

Milli dulci dulcior. Asin. 3.3.¥.24.

Memorem monere. Capt. 1.2.¥.82.
Sic Lucret. lib. 3.
Admonuit memorem, motus languescere mentis.

Memorem immemorem facit, qui monet, quod memor meminit. Pseud. 4.1.¥.30.

Meo me ludo lamberas: lacessis me dictis meis & cauillationibus. Germ. Du bezahlest mich mit gleicher Müntz. Pseud. 2.4.¥.53. Simile est illud: *Meo me ludo lacessis.* Pœn. 1.2.¥.83.

Meo remigio rem gero. Facio quod lubet. A re nautica. Mil. 3.1.¥.151.

Merere Deûm diuitias. Men. 1.3.¥.34.

Metiri gradibus militariis. Pseud. 4.4.¥.11.

Meus est. Proverbialiter dictum de eo, quem deprehendimus ad vindictam. Curc. 3.1.¥.61. Mil. 2.3.¥.63. Pseud. 2.1.¥.6.

Mihi meus, suus cuique gnatus est carus. Capt. 2.3.¥.40. Sic Cicero ad Att. lib. 15. *Quin sua cuique sponsa placet mihi mea: suus cuique amor, mihi meus.*

Mihi quid vis satis est. Mil. 3.1.¥.154. Proverbium de frugalitate. Vide, *Salem & caseum edo.* Turpilius:
Profectò vt quisque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam vixit maxime:
Vti Philosophi aiunt isti, quis quid vis sat est. Lucillius:
Cum tectum est: quid vis sat est.

Mihi istic nec seritur nec metitur. Epid. 2.1.¥.81. Quando significamus nihil nostra interesse.

Miles, vrbes verbis qui inermis capit. In Pyrgopolinicem iactabundum. Bacch. 4.9.¥.42.

Mille passuum. Proverbialiter dictum. Men. 1.2.64. Truc. 2.3.¥.13.

Miluina appetentia. Men 1.3.¥.29.

Miluinus aut aquilinus vngulus esse: de furibus. Pseud. 3.2.¥.63.

Minus nihilo est. Pseud. 4.1.¥.27.

Miserum est opus igitur, demum fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. De re desperata. Most. 2.1.¥.31.

Mittere lineam: decipere aliquem. Most. 1.1.¥.22. Vide litt. L.

Mollior cinædo. Aul. 3.2.¥.8.

Mollius curari quàm regi Antiocho oculi. Pœn. 3.3.¥.80.

Monendus ne me moneat. Pseud. 4.1.¥.11. Prov. respondens illi: *Ne sus Minervam.* Horat. lib. 1. Epist. 17. *Disce, docendus adhuc.* Auson. ad Symm. *Ego te docebo docendus adhuc, si essem id ætatis, vt discerem: aut ego te vegetum atque alacrem commonebo.*

Montes ac maria. De multitudine. Pseud. 1.2.¥.55. Vide Lex. *Montes.*

Mores maritimi. Cist. 2.1.¥.11. Vide litt. M. & Adagia pag. 885.

Morēs

Mores Massilienses de effeminatis. Casin. 5. 4. ℣. 1. Vide etiam Lexic. *Massilienses.*

More mulierum. Mil. 4. 7. ℣. 10. Terent. *Dum moliuntur, &c.*

Mortuo verba fabulari. Pseud. 1. 3. ℣. 26. Terent. Phorm. 5. 9. ℣. 26.

Mortuum me mavelim, quàm vt id patiar. Truc. 4. 2. ℣. 29.

Muliebris malitia in prouerbium abiit. Epid. 4. 1. ℣. 19.

Mulier: de homine ignauo. Bacch. 4. 8. ℣. 4. Mil. 2. 6. ℣. 6. Virgil. *O verè Phrygia!* (*neque enim Phryges.*)

Mulo insecitior, de stupidis & ἀνοήτοις. Cist. 4. 2. ℣. 12. Catullus: *Mule, nihil sentis?* Etiam sic Germani: Du Maulesel.

Mulsa loqui. Pœn. 1. 2. ℣. 112. Sic *Rosas loqui* apud Adagiographos.

Musca: de homine curioso pariter, & parasito. Merc. 2. 3. ℣. 26. Vide Adagiorum opus. pag. 1427. & 1429.

Musicè ætatẽ agere: est lautè viuere, sed non suo sumtu. Most. 3. 2. ℣. 41. Sic Græci ἄκαπνα ἀοιδοὶ ᾄδουσι: Cantores & poëtæ sacrificant sine fumo. Vide Casaub. Athen. Animad. lib. 1. cap. 8.

Musca nulla femina est in adib. Truc. 2. 2. ℣. 29. Allusum ad vulgatum *Ne musca quidem.* Quod legitur apud Suetonium Domitian. cap. 3.

Muto imperare. Merc. 2. 4. ℣. 25.

Nasum abripere mordicus. De amatoribus. Men. 1. 3. ℣. 12.

Nauim in puluinarium subducere. Cas. 3. 2. ℣. 27. est effugium quærere: sicut eodem prouerbio dicitur *Inuenire rimam.* Cas. 4. 10. ℣. 8.

Nebula haud est mollis, atque cutis huius est. Cas. 4. 4. ℣. 21.

Necare aliquem dicimus, cum ad fastidium postulata nostra iteramus. Bacch. 5. 2. ℣. 42.

Nec caput, nec pes sermonum apparet. Asin. 3. 3. ℣. 140. Capt. 3. 4. ℣. 81.

Ne ciccum interduim. Nihili facere. Rud. 2. 7. ℣. 22. Vide *Ciccum*, & *Interdare.*

Ne me surdum verbera. ne me vt surdum iisdem obtunde. Mil. 3. 1. ℣. 203.

Nec mu. Stich. 2. 1. ℣. 101. Truc. 4. 2. ℣. 11.

Nec te aleator vllus est sapientior: profectò nimis lepide ieciſti bolum. De eo qui rem acu tangit. Rud. 2. 3. ℣. 30.

Ne viuus sum, nec mortuus. De eo qui ex pauore semianimis iacet. Curc. 5. 2. ℣. 49.

Ne DI sirint. Prouerbialis est deprecatio μὴ γένοιτο. Bacch. 3. 3. ℣. 64. Merc. 2. 2. ℣. 51. Germani dicunt, Da Gott für sey.

Ne gutta quidem certi consilij parata est. Pseud. 1. 4. ℣. 4. Vide Paræmiographorum codicem magnum.

Nequam est piscis, nisi magnus. Asin. 1. 3. ℣. 26. Sic antiquum Proverbium Stratonici explicat Scaliger. οὐδεὶς σαπρὸς μέγας ἰχθύς, hoc est, omnis piscis quantumuis magnus, nullus est, si putidus: in hominem magnum quidem & procerum, sed ineptum & stolidum.

Neque aqua aquâ, neque lacte est lacti vsquam similius: quam hic tui est, tuque huius. Men. 5. 9. ℣. 30. Mil. 2. 2. ℣. 85. Prouerbiali forma asseverare aliquid firmiter solebant his verbis:

Neque

Neq; diuini neq; humani mihi quicquam accreduas. Amph. 1.2.ỳ.40 Asin.5.2.ỳ.4. Bacch.3.4.ỳ.6.

Neq; aues neq; venti citius. de summâ celeritate. Bacch.2.3.ỳ.56.

Neque te quis sis homo, scio. Idem cum eo: *Ater an albus sis, nescio.* Men.2.2.ỳ.27.

Neq; tipula leuius pondus est quàm fidei lenonia. Pers.2.2.ỳ.62.

Neq; ille sibi mereat Persarum montes, qui esse perhibentur aurei, istac vt faciat. Stich.1.1.ỳ.22.

Neq; magis sola terra sola sunt, quã hac loca, atq; ha regiones. De magna solitudine. Rud. 1.4.ỳ.8.

Nescio id quod scio. hoc est, mecum habeo. Bacch. 2.3. ỳ. 90. & 4. 6. ỳ. 21. *Abtransennâ turdus lumbricum petit.* Periculo proximum esse. Bacch.4.6.ỳ.22. Vide Lexic. *Transenna.*

Nil agere: verba dare. Rud. 4.3.ỳ. 57.

Nihil agere. frustra esse. Merc. 2.3. ỳ.121.

Nihili cocio est, si est cæcus: hoc est, Arrilator, seu negotiator, nisi in rem suam attentus sit, nihili homo est. Dicitur in eos, qui segniter res suas curant: quas vel maximè curare debebant. Asin. 1 3. ỳ. 5. Quamquam locum illum aliter legendum censemus. Vide Animaduersiones. Simile pœnè prouerbium est illud Laberii apud Agellium, lib. 16.cap.7. *Hoc plus negotij est, inquit cocio.*

Nihil est, quod hodie bene succedat mihi: Amph. Sc. *Quis tam.* ỳ.4.

Nihilo minus. Truc.2.7.ỳ.9.

Nihilo pluris id mea refert, quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocũ. Bacch.3.4.ỳ.22.

Nimium sapit. Stich.2.3.ỳ.35.

Nolo obcedes; catuli vt tudunt, hoc volo. Stich.5.4 ỳ.52. Prouerbialis est hyperbole quando Accius noster dicit: *Nomen interijt mutuum.* Pseud.1.3.ỳ.60. Sic Cicer. 1. legum: *Iam nomen ipsum amicitiæ occiderit.* Virgil. lib.12. *Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.*

Non dictum est; de re secretò habenda. Pœn.4.2.ỳ.91.

Non emam vitiosâ nuce. De re leuissimâ; vilissimâ. Mil.2.4.ỳ.45.

Non vilis emtu est modius qui vanit salis. De homine vilissimo & insulso, præ cuius vilitate & insulsitate modius salis alias vilissimus, non est vilis futurus. Cas. 3. 2.ỳ.8.

Non emissim titivillitio. De re vilissimâ. Cas.2.5.ỳ.18.

Non est tibi sanum sinciput. Men.3.2. ỳ.41.

Non hercle meream, quantum Acherunti est mortuorum; quantum aquæ est in mari, quantum nubis. Pœn.1.3. ỳ. 22. 23.24. & ỳ.25. *quantum stellæ in cœlo.*

Non hoc longè, non tantillo. Most.2.1.ỳ.46. Ger. Nicht vmb so weit.

Non lutum est lutulentius. De homine sordido. Pœn.1.1.ỳ.30.

Non nauci homo. Plane contemtissimus. Bacch. 5.1.ỳ.16. Most. 5. 1.ỳ.1.

Non omnes possunt olere vnguenta exotica si tu olis, neq; superior accubere. Most.1.1.ỳ. 41.42. Tale est illud: Nõ omnium est olere Moschum.

Non pedẽ ab aliquo discedere. Asin. 3. 3.ỳ.13. Quod alias dicitur: *Ne latum quidem vnguem.*

Non plus sapit, quàm occisa sus. Mil. 2.6.ϒ.104. In hominem malesanum dici solet.

Non potest hæc res ellebori ingere obtinerier. Men. 5.1.ϒ.15.47. Sic apud Horat. lib. 2. Sat. 3. ϒ. 82. *Danda est hellebori multò pars maxima auaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.*

Non potest retineri tormento ferreo. Curc. 2.1.ϒ.12.

Non sum dignus prædite, vt figam palum in parietem. Mil. 4.4.ϒ.4.

Non sum is, qui sum, nisi, &c. Men. 3. 2.ϒ.6. Est formula iurandi. Vide Petri Victorii Var. lect. lib. 7. cap. 20.

Homo leuior plumâ. Men. 3.2.ϒ. 23.

Nouus amator, vetus puer. Merc. 5. 4.ϒ.15.

Noui tam facile quam me. Epid. 3.4. ϒ.72.

Nostra omnis lis est. h. e. vicimus. Cas. 2.8.ϒ.75.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Capt. 3.4.ϒ.122. Simile est illud Propert. *Rem abstulit, reliquit ventum pignori.* lib. 1. Eleg. 6.

Nugæ Theatri. Pseud. 4.6.ϒ.19. Vide litt. N.

Nullum est hoc stolidius saxum. De homine stolido. Mil. 4 2. ϒ.33.

Numquam edepol ieiunium ieiunum est æque, atque ego te reddibo. Sc. ieiunum. Cas. 1.1.ϒ.41.

Numquam Hecata fies: de puella formam integram & virginalem retinere volente. Cist. 1. 1. ϒ. 50.

Numquam ramentâ fies fortunatior. Rud. 4.3.ϒ.76. Vide *Ramenta.*

Obligauit crus fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. Men. 5.3. ϒ. 9. De Medico aut Chirurgo iactabundo dici potest.

Ob eam rem mihi libellam argenti proeone ducis. Capt. 5.1.ϒ.27.

Obtrudere palpum. adulari. Pseud. 4.1.ϒ.35.

Obtorto collo rapere in ius. Pœn. 3.5. ϒ.45. Vide litt. O. *Obtorto collo.* & Adagia: *Mento trahere: Gulâ trahere: Pedibus trahere* apud Cicer. lib. 4. Att.

Occasio hæc quasi de cœlo mihi decidit. Pers. 2.3.ϒ.

Occidere aliquem. molestum esse. Pseud. 4.1.ϒ.22.

Occisa est res. Capt. 3.4.ϒ.7.

Occisa est res. De summo damno, & re plane desperata. Men. 3.2.ϒ. 46. Vide παροιμιακὰ Græca apud Casaub. Animadu. in Athen. lib. 8. cap. 6.

Oculi tui plus vident, quàm quod vident. Mil. 2.4.ϒ.16.

Oculos effodere. ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσειν. Aul. 1.1.ϒ.14. & 2.2.ϒ.12. Capt. 3.1. ϒ. 4. Trin. 2.4.ϒ.63.

Odium terræ. Bacch. 4.7.ϒ.24. Vide Lexic. litt. O.

Oleo tranquillior. Pœn. 5.4.ϒ.63. Cicero ferè eodem modo dicit: *In nostris inimicitiis mefore auriculâ infimâ scito molliorem.*

Oleum & operam perdere. Pœn. 1.2. ϒ.119.

Omnes compacto rem agunt, quasi in velabro Olearii. Capt. 3.1.ϒ.29.

Omnes multi loquentur prius. De taciturnis. Pers. 2.2.ϒ.58.60.

Omne aurum & argentum fiat cinis. Rud. 4.7.ϒ.31.

Omnem operam perdere. Bacch. 1.2. ϒ.24.

Omnes res relictas habeo, præ quod tu velis. Stich. 2.3.ϒ.37.

Omni-

Omnibus rebus relictis aliquid facere. Ciſt. 1.1.¶.6.

Opera bona aut mala, hoc eſt, quo iure quâue iniuriâ. Pſeud. 1.1.¶. 103.

Operam & ſumtum perdere. Aul. 2. 5.¶.15. Ciſt. 2.1.¶.50. Bacch. 1.2. ¶.57. Moſt. 1.2.¶.56. Pœn. 4.2. ¶.58. Rud. Prol.¶.24. Perſ. 2.2. ¶.51.

Ore obtuſo: cum quis ſpe vel inſtituto deiectus: pudore ſuffunditur. Sumtum ab iis, qui nihil præterquam in os meſſem pugnorum, vt loquitur Plautus, reportarunt. Caſ. 5.1.¶.8.

Os habet: de impudentia hominis. Mil. 2.2.¶.33. Vide litt O.

Os ſublinere. Vide litt. O.

Oſſa atque pellis ſum miſerâ macritudine. Caſ. 1.2.¶.26.

Os calet tibi, nunc iâ frigefactas. Prouerbium de inani labore. Pœn. 3.5.¶.15. Rud. 5.2.¶.39.

Onis; de homine ſimplici. Bacch. 5.2.¶.3. Vide Lexic. litt. O.

Palpo percutere. Mil. 1.2.¶.42.

Paraſiti quaſi mures ſemper edunt cibum alienum. Capt. 1.1.¶.9.

Pedatu primo, ſecundo, tertio. Ciſt. 2.1.¶.49. Vide Lexic. litt. P.

Pedem latum, Prouerbialiter dicitur. Moſt. 2.2.¶.3. Alibi. Aul. 1.1. ¶.17. *Digitum tranſuerſum aut vnguem latum* dixit Cicero ad Att. *Pedem villa adhuc egreſſi non ſumus*.

Pedes pulmoneos habere. Epid. 5.1.¶. 21. Vide *Pedes pulmoneos*.

Pellucet quaſi laterna Punica. Aul. 3. 6.¶.29.

Peratim ductitare, &, *Follitim ductitare*. Epid. 3.2.¶.15. Vide Lexic. litt. P. & F.

Percontari à terrâ ad cœlũ quidlubet. Interrogare ab extremo initio vſque ad ſupremum finem Perſ. 4, 4.¶.54. ἀπ' ὀνεγνῦ μίχρι τ γῆς.

Perdere ſe atque operam alicuius. Bacch 4.3.¶.11.

Perdere operam. Epid. 1.2.¶.29.

Pereas! in execrationibus. Perſ. 2. 4.¶.10. Græcis eſt, οἰμώξειν.

Periculo meo faciam. Prouerbium de ſaluâ alterius tutelâ. Aſin. 2. 4.¶.51.

Periculo ſuo aliquid facere. Perſ. 4.3. ¶.55.

Perlucet quà cribrum crebrius. Rud. 1.2.¶.14.

Perpluere, pro, *perplui*. Moſt. 1.2.¶. 30.

Picos diuitiis ſupero. Aul. 4.8.¶.1.

Picem calidam bibere. Formula imprecandi. Merc. 1.2.¶.29.

Pila mea eſt. Truc. 4.1.¶.8. Vide litt. P.

Pilum inijcere alicui: eſt metum aut impedimentum iniicere. Moſt. 3.1.¶.39. Alibi Plautus: *Tragulam iniicere*. Epid. 5.2.¶.24. Cicero pro Murena: *Quam te ſecurim iniecíſſe putas petitioni meæ?*

Piſcari in aere, &c., venari in medio mari. Aſin. 1.1.¶.86.

Piſces ego credo minus diu lauare, quam hæc lauat. Truc. 2.3.¶.1.

Plauſtrum perculit. Epid. 4.2.¶.12. De omni illo dicitur, qui aliquã rem euertit ac perturbat. Ductum ab iis, qui pedibus onuſta plauſtra percellebant, h. e. euertebant, teſte Feſto. Huic plane geminum eſt illud Perſ. 5.2.¶.5. *Vehiculũ argenti miſer eieci*. h. e. rem omnem euerti & perturbaui. Vtitur hoc prouerbio etiam Terentius Eunucho, iu-

dice Donato, ad illum locum: *Perculeris tu iam me.*

Plebiscitum non aquè scitum est. de homine scito & bello. Pseud. 2. 4. ♆. 58.

Pluma non interest: h. e. nihil. Most. 2. 1. ♆ 60.

Plures offerumentas habebis in tergo tuo, quam vlla nauis longa clauos. Rud. 3. 4. ♆. 48.

Plus sapit, quam Thales. Bacch. 1. 2. ♆. 14.

Plus quam sat est. Cist. 1. 2. ♆. 3.

Plus satis. Epid. 3. 2. ♆. 10.

Plus est lenonum & scortorum. Quã olim muscarum est, cum caletur maximè. Truc. 1. 1. ♆. 46.

Pol magis sapisset, si dormiuisset domi: Nã nilc & operã & ludos facit, &c. Geminum est prouerbium de operas inanes. Rud. 4. 1. ♆. 9. 10. Consonat nostrum Germanicum: Er hette wol der weilu mõgen schlaffen. Denn er hat doch nichts außgericht.

Polliceri operam alicuius (vxoris) *quasi catillo.* Cas. 3. 2. ♆. 21.

Post-principia. Prouerbium castrense: sic ut *à post-principiis incipere, in post-principiis stare: in post-principijs esse.* Pers. 4. 1. ♆. 4. Vide Lexic. litt. P. *Post-principia.* Interpretatur hoc prouerbium Varro de re Rustica libro tertio cap. 4.

Aposi-principiis, vt in castris, id est, *ab iis potius temporibus quam superioribus.*

Pœno nullus Punior est: hoc est, callidior. Pœn. 5. 2. ♆. 31.

Priusquam galli cantent: h. e. summo mane, ante lucem. Mil. 3. 1. ♆. 96. Extat etiam apud Euangel. Matth. cap. 26. ♆. 34. & Aristoph. Ἐκκλησιαζ. pag. 764. Edit. minore Lugdun. ὁ πὶ τὸ δὶν πρὶ ἀλεκτρύων ἐφθέγξατο. Vide etiam Iuuenal. Satyr. 9. ♆. 95. & Plin. lib. 10. c. 21.

Proripere aliquem itidem quasi occisam suem. Rud. 3. 2. ♆. 46.

Πρόγματα μὴ παρέχειν. Prouerbium hominibus superbis semper in ore, & reliquos fastidientibus. Cas. 3. 6. ♆. 9.

Prærodere digitos. Pseud. 3. 2. ♆. 94. Vide litt. P.

Pro matulâ habere. de summo contemptu. Most. 2. 1. ♆. 39. Vide litt. M.

Proba materies data est, si probũ adhibes fabrum. Pœn. 4. 2. ♆. 93.

Pugnis rem soluere, est malorum creditorum. Curc. 3. ♆. 9.

Pumex non aquè est aridus atque his est senex, de auaro. Aul. 2. 4. ♆. 18.

Pumiceos oculos habeo, non queo lacrumam exorare vt exspuam vnã modò. Pseud. 1. 1. ♆. 74.

Quadrigis albis aliquid adipisci. hoc est, celerrimo gradu. Asin. 2. 2. ♆. 13.

Quantum à Diis optat. Capt. 2. 2. ♆. 105. Pseud. 4. 1. ♆. 25. Stich. 2. 2. ♆. 24.

Quæstum herculis conterere. de homine prodigo, qui vel Herculis decimas possit degulare. Most. 4. 2. ♆. 68

Quæ tu vides colubras? quid insanis. Stich. 2. 2. ♆. 51.

Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Aul. 1. ♆. 35.

Quasi deditâ operâ. Cist. 4. 1. ♆. 18.

Quasi hœdi esuriẽtes obuagire. Pœn. Prol. ♆. 31.

Quasi lupus esuriẽs. De voracissimo. Capt. 4. 4. ♆. 4.

Quasi mures semper edunt alienum cibum. De parasitis. Pers. 1. 2. ♆. 6. Capt. 1. 1. ♆. 9.

Quasi

Quasi mus in medio pariete versabere. Cas. 1.1 ℣.52.

Quasi muti silent. Capt.3.1.℣.20.

Quasi nucem cassam ita inanem esse inuentum. Pseud. 1. 1.℣.136.

Quasi os atque pellis totus est. Aul. 3. 6.℣.28. Theo ὀστᾶ ἐστ' ἄν, καὶ δέρμα.

Quasi palo pectus tundar. Rud. 5.2. ℣.3.

Quasi per nebulam. Capt. 5. 4.℣.17. Pseud.1.5.℣.48. Cicero lib. 5. de Finib. *Infirma ætate, imbecillaque mente, vis naturæ per caliginem cernitur.*

Quasi proserpens bestia sufflat buccas. Stich.5.4.℣.42.

Quasi solstitialis herba pauliſper fui. De re caduca profertur. Pseud. 1. 1.℣ 36. Vide Muret. lib.6, cap.9, & Scal. Aus. l. 1. c.11.

Quasi sus catulos pedibus te proteram. Truc. 2.2.℣.13. Vide Varronem lib. 2.c.4. de re Rust.

Quæ mihi in terbibere sola, si vino scatat, Corinthiensem fontem Pirenen potest. De incredibiliter bibula fœmina. Aul.3. 6 ℣.23.

Qui bene volunt, bene visitent. Pœn. 1.2.℣.160.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem. Ad amores relatum. Curc. 1.1.℣.55. (℣.89.

Qui mouet, quasi adiuuat. Curc.3.

Quid ei diuini aut humani æquum est credere? Pœn.1.1.℣.20.

Quis Deus? Cist.4.1.℣.17.

Quisnam istic fluuius est, quem non recipiat mare? De bibula anu. Curc. 1.1.℣.86.

Quod periit, periit. Cist.4.2.℣.36.

Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit; id est, Numquam. Pœn. 1.1.℣.131.

Quod dedi, datum non vellem. quod reliquum, non dabo. Cist. 2.1.℣.29.

Quod videris, non videris. Mil 2.1. ℣.71. Sic Ter. Eun. 4. 4. *Quod scis, nescis.* Propert. lib.2. Eleg. 18. *Si quid vidisti, semper vidisse negato.*

Quod scis, nesci: quod vides, ne vide. Mil.2.6.℣.89.

Quoduis genus hominũ videas, quasi Acherontem Veneris. Pœn. 4. 2.℣.9.

Rebus relictis. Epid. 4.2.℣.35. Truc. 2.1.℣.25, Cist. 1.1.℣.6. & 5.2.℣. 8. Stich. 2, 3. ℣. 38. Prouerbiali formâ maxima innititur celeritas & sedulitas: quasi posthabitis omnibus rebus, cuidam rei aut homini alii operam dare. Terent. Andr. 2.5.℣.1.

Herus me relictis rebus iussit Pamphilum
Hodie obseruare.——
Idem Heaut. 4.7. ℣.12.

Mihi nunc relictis rebus inueniendus est aliquis. Cicero lib. 3. de Orat, cap.[illegible],
Lucret. lib.3. sub finem, ℣. 1085.

Quam bene si videat iam rebus quisque relictis. Vide etiam Lexicon Lucret. Dan. Parei.

Reddere omne aurum cum ramento. Bacch. 4.4.℣.29.

Rem factam habere. Stich.4.1.℣.60.

Rem loqui. de eo, qui bene de aliqua re loquitur. Epid.2.2.℣.101.

Remigio veloque festinare. Asin.1.3. ℣.5.

Remigio veloq; fugere. Asin.1.3.℣.5.

Res adhuc in tuto est. Merc. 2.3.℣. 48.

Res vortitur in meo foro. Periculum in me redundat. Most. 5.1.℣. 10.

Rex perhibebor. de summa felicitate. Rud.4 2 ℣.26.

Rursum prorsum. Amph.5.1.℣.60. Epid.2.2.℣.63.

Salillum anima. Trin. 2. 4. ℣. 91. Vide adagiorum collectores.

Saluā res est. Aul. 2. 2. ℣. 50. Capt. 2. 2. ℣. 34. Epid. 1. 2. ℣. 21. Rud. 1. 2. ℣. 83.

Sanguinem ebibere: de molestissima molestia amantum. Curc. 1. 2. ℣. 65.

Satine telum vnum priusquam iniectum est, iam instat alterum? Pœn. 4. 2. ℣. 97.

Satis esse nobis non magis potest quam fungus imbri. Stich. 5. 5. ℣. 32.

Satius est quouis exitio interire. Cist. 4. 1. ℣. 11.

Scitum est verbum vetus: Per tempus si obuiam is. Nimirum, cùm quod promisisti, ne exspectare quidem velis, dum rogeris, sed suo tempore occurrere, atque obuiam ire, & promissa patrare. Pœn. 1. 1. ℣. 7.

Senes Comici in prouerbio sunt: pro fatuis, quosque facile frustra habere queas. Most. 5. 2. ℣. 50.

Senes bis pueri. Merc. 2. 2. ℣. 24.

Seruare cum seruis. Rud. 3. 6. ℣. 12.

Seruasti omnem ratem: h. e. totum negotium bene administrasti. Most. 3. 3. ℣. 15. Allegoria à re nautica, satis familiaris aliis authoribus, Græcis & Latinis. Græci: ὀρθῶν τὴν ναῦν.

Horat. lib. 1. Epist. 18. ℣. 87.

———Dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.

Cicero lib. 1. Epist. 1. At Neptune, rectam vt scias nauem demergam: h. e. officium faciam meum, quantum in me est, vt nauis seruetur.

Seruus lippi oculi est simillimus, si non est, nolis esse, &c. Bacch. 4. 8. ℣. 72. Pers. 1. 1. ℣. 11.

Sexcenta tanta: prouerbialiter videtur dici. Bacch. 4. 9. ℣. 111. Pseud. 2. 2. ℣. 37.

Si bona fortuna veniat, ne intromiseris. Rud. 2. 6. ℣. 17. Aul. 1. 2. ℣. 22.

Si ego commemorem, &c. nox diem adimat. Capt. 2. 3. ℣. 57. Sic Cicero: *Dies me deficiat.*

Si quid mali in Pyrrhum. Cist. 4. 1. ℣. 56.

Siquidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius persequar. Curc. 1. 3. ℣. 55.

Si sacrificem summo Ioui, atque in manibus exta teneam, vt porriciam: interea loci si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram. De auaris lucri cupidis. Pseud. 1. 3. ℣. 10.

Si stimulos pugnis cadis, manibus plus dolet. Truc. 4. 2. ℣. 55.

Si tu proretae es naui, ego gubernator ero. Rud 4. 3. ℣. 75. Prouerbium, quoties aliquo in negotio neuter alteri vult cedere.

Sibi quisque iure cauet. Most. 3. 2. ℣. 115. Idem quod, *Proximus ego-met sum mihi.*

Similiorem magisque eundem ne Dij quidem facere possunt. Mil. 2. 6. ℣. 50.

Simul flare sorbereque haud facile factu est. Most. 3. 2. ℣. 105. Prouerbium de iis, quæ simul fieri non possunt. Qui enim flat, spiritum emittit, qui sorbet, eundem attrahit. Sic dici solet:

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Cic. in Philipp. *Duas res, magnas præsertim, non modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.* Difficile hoc quidem est: at non impos-

impossibile. Nam *Cæsarem*, teste Plin.l.7.c.15.*scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus, epistolas verò quaternas pariter librariis dictare, & si nihil ageret, septenas.* Idem factitasse *Hadrianum* Imperatorem scribit Spartianus.

Sinapi victitare. Truc.2.2.¥.60. De tetrico & tristi homine.

Sine opera nostra DI nihil faciunt. πάντα θεοὶ ἀγαθὰ πόνοις πωλοῦνται. Cist.1.1.¥.53.

Sine pennis volare haud facile est. Pœn.4.2.¥.49. Asin.1.1.¥.20.

Sine sacris(h.e.sine sumptu)*hereditatē adipisci.* Capt.4.1.¥.8. Trin. 2.4.¥.83.

Sine suffragio populi ædilitatem gerit, Strich.2.3.¥.27. Vlurpatur, vbi quis in alieno negotio imperiosior. Cic. *Sed quæro, quid hac re turpius; quàm sine prouocatione senator: sine mandatis legatus?*

